CORPVS
INSCRIPTIONVM ATTICARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE
BORVSSICAE

EDITVM

APPENDIX
CONTINENS DEFIXIONVM TABELLAS
IN ATTICA REGIONE REPERTAS

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVII

DEFIXIONVM
TABELLAE ATTICAE

COLLEGIT

COLLECTAS PRAEMISSA PRAEFATIONE

EDIDIT

RICARDVS WVENSCH

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXXVII

PRAEFATIO.

Vere anni 1894 cum Athenis versarer, contigit mihi, ut collectionem compararem tabellarum plumbearum, quam Rhusopulus intra triginta fere annos collegerat. Plus centum erant numero, complicatae aut convolutae, pleraeque uno duobusve clavis transfixae, saeculorum pulvere adeo tectae, ut vel color plumbi vix aspici posset: tamen dubitari non poterat, quin hae tabellae iis essent adscribendae, quae defixionum nomine feruntur. Quae postquam in Germaniam pervenerunt, evolvendae erant, lavandae auxilio ab arte chimica petito, ut scripturae ductus apparerent, delineandae legendae explicandae, priusquam de edendis cogitari posset. Cumque initio in eo acquiescere voluissem, ut collectionem meam Rhusopulanam ederem, mox intellexi, me sic ne dimidium quidem facti habiturum esse, immo, quoniam res agebatur de peculiari quodam genere titulorum, cuius materiam post Wachsmuthium (*Rhein. Mus.* XVIII p. 559 sqq.) valde auctam nemo complecti studuit, devotiones ad hunc diem notas congerere coepi. Quibus in colligendis brevi perspexi, Atticas et plurimas esse et vetustissimas, et ab Atticis in contemplandis illis titulis esse proficiscendum; accedebat, quod et Graecarum et Latinarum inscriptionum corpora devotiones in numerum titulorum suorum receperant, Atticarum autem corpus omiserat. Quae cum ita essent, rem ita instruendam esse duxi, ut summa operis mei fieret collectio inscriptionum Atticarum devotoriarum, quae tamquam mantissa ut accederet ipsi Corpori inscriptionum Atticarum benigne concessit Regia Academia Berolinensis. Atque haec collectio e tribus fontibus confluxit; unus meae lamminae sunt, alter ea tabellarum plumbearum series est, quae servatur in Regio Museo Berolinensi: hae tabulae, anno huius saeculi octogesimo nono Patissiae repertae, a Bothone Graef comparatae in Germaniam pervenerunt. Is ipse, penes quem edendi fuit privilegium, comiter mihi permisit, ut hanc curarem editionem, triumque titulorum descriptiones (n. 26. 94. 98) et ab ipso et a Bruecknero factas mihi dedit, quibus grato animo in legendo usus sum. Praeterea gratias me referre aequum est Museorum Regiorum directoribus, quorum singulari comitate factum est, ut ipsis tabellis Marpurgi uti possem. Tertio autem loco ii accedebant tituli devotorii, qui iam antea in lucem erant editi, aut a Kumanude (Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. 2580—2590) aut in ephemeridibus (*Bull. de corr. Hell.* 1889 p. 77, *Class. rev.* 1890 p. 187): quorum copia mihi facta non est; neque vero infiteor, me, si consilium horum quoque titulorum recipiendorum iam tum cepissem, cum Athenis degerem, omni modo id acturum fuisse, ut ipse describere possem tabellas Athenis servatas (n. 22. 23. 59. 99—101. 104. 105. 108 in Πολυτεχνείῳ servabantur in collectionibus societatis archaeologicae, n. 96. 97 ἐν Ὑπουργείῳ παιδείας); quod autem tunc neglexi, nunc iam reparare non potui, neque alteri mandare volui: recte enim plumbeos titulos intellegere posse neminem nisi eum, quem diutius haec exercuerunt studia, in me ipse sum expertus; eadem de causa reliquas quoque lamminas ad hunc diem publicatas (n. 69—71) iterum describendas non curavi.

Collectione tabellarum hoc modo completa oriebatur cura proxima, quo modo illa esset edenda. Neque iam e temporum indiciis in singulas series distribui poterant tabellae: haec enim indicia leviora erant, ita ut rarissime aetas lamminarum certo posset definiri. Nam hoc semper tenere necesse est, privatos esse hos titulos, non publicos, quare semper fere scribendi regulas, quas publica monumenta sequuntur, neglegunt, dum antiquiora retinent et recentiora recipiunt: retinetur vocalis O pro diphthongo OY scripta, quantum quidem suspicari possumus, et post Euclidis tempora, et C quod vocant lunare iam prius in privatis quam in publicis monumentis extitisse pro certo habemus; similique modo ars grammatica non curatur, hominibus infimi ordinis, quales devotionum scriptores maxima ex parte erant, incognita. Affirmare tamen licebit, plerosque titulos tertii a. Chr. n. saeculi esse; unus fortasse quinti est (n. 26), plures quarti, pauci secundi, nullus inferiorum aetatum: eas autem tabellas, de quarum tempore nihil adnotavi, omnes tertio tribuas saeculo.

Neque magis commendabatur, dispositionem tabularum secundum singulos locos, ubi inventae essent, instituere, quoniam de his non satis constat. Berolinenses ad unam omnes Patissiae repertas esse scimus, sed et earum, quae iam sunt editae, et Rhusopulanarum magna pars Atticas se esse praedicant, de regione autem Atticae, in qua repertae sint, siletur. Quam rem, quantum ad tabellas meas, opprobrio dare Rhusopulo non licet, is enim, ubi plures uno loco inventae erant lamminae, schedulas addiderat; quales sunt:

1) 16 μολύβδινα ἐλάσματα ἐνεπίγραφα ἐξ Ἀττικῆς κατὰ τὸ Δαφνὶ προφένου ἡλίου 1886. κομιστὴς αὐτῶν καὶ εὑρέτης Παρασκευόπουλος. δὲν εὑρίσκονται ἐν τάφοις ἀλλ᾽ ἐντὸς τῆς γῆς κεκρυμμένα ἢ εἰς ὡρισμένην θέσιν ἐκεῖ πρὸς τὴν εἰς Δαφνὶ ἄγουσαν.
2) μολύβδινα ἐλάσματα ἐνεπίγραφα εὑρεθέντα ἐν Ἀττικῇ πέραν τῆς Ἀκαδημίας 1886. τὰ μέν εἰσιν ἀτρύπητα, τὰ δὲ τρυπημένα μὲ ὦν ἢ δύο ἢ τρία καρφία. ἔτι ἕνδεκα ὧν ἓν μὲ 4 καρφία αὐτόθεν (n. 31 I. Universum numerum triginta trium fuisse memini).
3) 12 μολύβδινα ἐλάσματα μὲ ἀρὰς εὑρηθέντα ἐν Ἀρχέσμῳ πέραν τοῦ πολυγώνου 1889 Ἰουλίου 26.

Has schedas ego, cum Athenis in cistula conderentur lamminae, ad eas addidi ad quas pertinebant: cum vero in telonio germanico me absente aperta esset illa cistula, turbatus est et schedarum et tabellarum ordo, ita ut acquiescere deberem, dum Atticas eas esse adscriberem. Ubi vero singulis tabellis notulam addidit Rhusopulus, eam suo loco repetere potui (Ἀττικῆς novies, Ἀθηνῶν quinquies, Πειραιῶς decies, Φιλοπάππου quinquies, Δαφνίου Κοτανᾶ Ἀμπελοκήπων semel); Patissianae e mea collectione prodierunt nullae.

His rebus perpensis nihil iam relinquebatur, nisi ut ex ipsarum dirarum tenore tabellas in diversas series digererem: atque primo loco posui meros nominum inimicorum catalogos, deinde titulos, quibus solum devovendi verbum additur, tum ampliores diras, quae inimici socios quoque et cognatos, membra et rem familiarem devovent; sequuntur eae tabellae, quae deorum auxilium implorant. Tum addidi tabellas scripturae consulto corruptae et fragmenta: quam dispositionem fortasse probabis, cum ea legeris, quae de ipsius superstitionis ritu paullo infra sum praefaturus. In singulis autem tabellis hanc viam secutus sum, ut nominato loco, ubi inventae sunt, brevem darem descriptionem, deinde verborum contextum maioribus litteris expressum, tum transscriptum minoribus; imagines autotypas tunc tantum addidi, cum aut sperarem, fore ut lectores ex iis plura verba elicerent quam mihi contigit, aut epigraphicae vel palaeographicae artis interesse putarem, ipsius scripturae ductus proponi. Subornavi praeterea commentarium quam brevissimum epigraphicum et

grammaticum: in grammaticis scholiis benigne me adiutum esse a Guilelmo Schulzio et Francisco Skutschio gaudeo, quibus meritas hoc quoque loco referam gratias; itemque, quod ad colligendam materiam lubentissime auxilium tulerunt Albrechtus Dieterich et Ericus Ziebarth, devinctum me ipsis esse sciunto[1]). Veniam autem hanc editionem petere aequum est, si et in restituendo verborum contextu et in conscribendo commentario non omnia ad umbilicum adduxit: quod editioni tamquam principi ignoscetur, praesertim cum litterarum ductus e plumbo enucleare nec parvus labor fuerit nec facilis.

Supererat, ut ad singulas tabellarum series adnecterem commentarium de ipso superstitionis ritu deque opinionibus religiosis, quas nobis tradiderunt hae tabellae. Quod cum conarer, mox intellexi, hoc fieri non posse nisi uno continuo tenore, quia artissime omnia inter se cohaerebant: quare talia ex ipsa editione removi, ut in praefatione mea largior esse possem. Praeterea tabellae Atticae plurimi quidem sunt et antiquissimi huius usus testes: sed extant exteri quoque multi cum inediti tum editi, qui ex ipsa Graecia prodierunt et ex universo denique orbe, quem Graecorum mores religionesque occupaverant: accedunt Romanorum Italorumque dirae omnes eiusdem generis; quae item colligendae erant earumque conexus cum Atticis demonstrandus, siquidem id agebatur, ut illa pars veterum religionis penitus cognosceretur. Agere enim de solis Atticorum titulis, cum in propatulo sit, arte cum iis reliquarum gentium nationumque defixiones cohaerere, hoc est filum, quod tempora procedentia secuta sunt, resecare, non vero ad finem persequi.

Atque iam, si placet, de ipsa superstitione eiusque ritu, quatenus in Atticis tabellis occurrit, agamus.

Tabellae plumbeae diris conscriptae, quas colligendas nobis proposuimus, haud infimum ordinem inter antiquorum monumenta occupant, cum in mediam veterum vitam quotidianam nos relegent: videmus eorum iras amores amicitias inimicitias spes vota litteris ab ipsis exaratis mandata, ut facile cogitatione depingere nobis possimus homines illorum temporum ardentibus animis in inimicos suos agentes, advocata in auxilium arte magica. Qui usus antiquissimis temporibus iam mere magicus fuisse putandus non est: incepit enim illa dirarum in hostes conversarum consuetudo non a scribendo neque a superstitione, sed a dicendo et a religione. Deos enim Graeci — eorumque opinionibus Italorum similes fuisse infra videbimus — esse credebant bona malaque facta imputantes scelestosque poenis adficientes: quare ut sibi quisque ab altero iniuriam illatam esse putabat, male fecisse hunc alterum dignumque esse quem dii castigarent opinatus numina imprecabatur, ut ipsum brevi et severe ulciscerentur. Haec est illa *ἀρά*, qua deos caelestes inferosque invocabant, prae ceteris autem inferos, quia penes illos munus ulciscendi putabant esse: cuius imprecationis unum pro multis adferam exemplum *τηλαυγές* e Sophoclis Electra vs. 110 sqq. petitum:

ὦ δῶμ' Ἅιδου καὶ Περσεφόνης
ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ
σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες
αἳ τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας ὁρᾶθ'
αἳ τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους
ἔλθετ' ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς
φόνον ἡμετέρου.


Quas preces exaudiri adeo pro certo habuerunt Graeci, ut *ἀρά* non solum hominis imprecationem, verum etiam numinis ultionem significaret (Soph. Trach. 1239 *θεῶν ἀρά*): sic apud Aeschylum Eumenides necem Clytaemestrae vindicantes se ipsae vocant *Ἀράς* (Eum. 413), ut apud Sophoclem ipsam *Ἀράν* personam agentem vidimus. Qui imprecandi deorum iram in maleficos usus longe lateque viguit apud Graecos; quae ubi rem publicam attingebant exempla collegit Ziebarth (*Der Fluch im griechischen Recht*, Herm. XXX p. 57 sqq.), cuius argumentatio imprimis nititur in titulis: ubi enim in foederibus legibusve sanciendis cavebatur, ne quis contra ea veniret, eamque ob rem dii ultores invocabantur in legirupam, necesse erat has diras litteris mandari. Huius generis sunt tituli devotorii quos sculpebant in tumulis, ut is, qui sepulcrum violasset, nec terra ingredi neque mari vehi posset, sed interiret radicitus cum universa gente sua: de quibus inscriptionibus infra plura erunt dicenda.

[1]) Neque obliviscar, quod in corrigendis typothetarum erroribus me adiuverunt Dieterich Skutsch Wissowa.


Nunc iam non tam publicas curamus quam privatas. Nam cum saepe eveniret, ut sero numinis vindicta aut numquam adsequeretur maleficum, volgus a religione convertebat se ad superstitionem, quae docebat, preces non exaudiri a numinibus nisi rite invocatis secundum praecepta, quae deos cogere possent arte magica, ut devoventibus morem gererent. Ac primum quidem in his praeceptis succedebant in locum vivae vocis verba scripta: quoniam scriptura semper, imprimis remotioribus temporibus, arcani aliquid habebat[1]). Quae *ἀραί* cum deos — praecipue, ut modo monuimus, inferos — imprecarentur, ut de nefariis supplicium sumerent, necessario ita deponebantur, ut in potestatem inferorum pervenirent, hoc est in locis illis sacratis, tumulis sepulcrisque. Ne vero imprecationes eius generis citius perirent, id egerunt, ut in materia paullo solidiore exararentur quam qua in usum scribendi quotidianum uterentur lignea aut chartacea. Iam vero antiqui temporis consuetudo videtur fuisse, ut ad hunc usum plumbum adhiberetur: Hesiodi Opera in codice plumbeo perantiquo vidit Pausanias (IX, 31, 4); Plinius Naturalis historiae XIII, 68 narrat palmarum primum foliis scriptitatum esse, dein quarundam arborum foliis, postea publica monumenta plumbeis voluminibus[2]), mox et privata linteis confici coepta. Imprimis si epistulam transmittere volebant, quam calore aut humore pessum dari nolebant, in plumbo eam exarabant, cuius rei testes sunt Parthenius (IX, 5: *ἐνθέμενος εἰς ἄρτον μολυβδίνην ἐπιστολήν*), Dio Cassius (XLVI, 36: *εἰς ἔλασμὸν μολύβδου λεπτὸν ἐγγράψαντές*[3]) *τινα ἐπείλιξαν αὐτὸν ὥσπερ τι χαρτίον καὶ κολυμβητῇ νυκτὸς ὑφύδρῳ διενεγκεῖν ἔδωκαν*), Plutarchus eandem fabulam narrans quam Parthenius (de mul. virt. p. 254 *D*: *ἐνέβαλε μολύβδινον γραμματίδιον εἰς πλακοῦντα*), Frontinus (Strateg. III, 13, 7: *litteras subinde misit plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis milites Scultennam amnem tranabant*). Ne te morer, exemplar epistulae plumbeae proferam, quod una cum devotionibus a Rhusopulo accepi, quodque mihi hoc loco publici iuris facere liceat.

Tabella est plumbea olim duplicata cm. 7·4, saeculi quarti a. Chr. n., reperta *Χαϊδάρι Ἀττικῆς πλησίον Ἀθηνῶν* 1888. 4.

a



b



a

Φέρε(ι)ν ε(ἰ)ς τὸν κέραμ-
ον τὸγ χυτρικόν·
ἀποδο(ῦ)ναι δὲ Ναυσίαι
ἢ Θρασυκλῆι ἢ (τῷ) υἱῶι.

[1]) Dieterich Abraxas p. 165 n. 2; Wessely Ephesia grammata p. 12 de eadem recentiorum temporum superstitione egit.

[2]) Volumen plumbeum infimae scilicet aetatis (est enim gnosticum) extat in Museo Kircheriano, de Ruggiero *Catalogo del Museo Kircheriano* n. 199.

[3]) Cf. Suidam s. v. *μόλυβδος· εἰς ἐλασμοὺς μολύβδων γράφοντες.*

b

Μνησίεργος
ἐπέστε(ι)λε τοῖς οἴκοι
χαίρε(ι)ν καὶ ὑγιαίνε(ι)ν
καὶ αὐτὸς οὕτως εἶν[αι·
στέγασμα εἴτι [ἐτε]λ[έ]σ[α]τε ...
ἀποπέμψαι ΗΩ..... [γ]έρας,
ὡς εὐτελέστα[τ]α καὶ ......
κ]αὶ κα(θ)' ὑμᾶς [ἵνα] ὑ[μῖ]ν ἀποδῶ.

Epistula ferenda est ad fornacem figulorum et danda Nausiae aut Thrasycli aut filio: quae inscriptio nobis in mentem vocat Romanorum inscribendi morem, e. g. *Des M. Curio* (Cic. ad Att. VIII, 5 extr.). Nomina sunt Thriasiorum, cf. CIA. II, 234 (a. 314/3 a. Chr. n.) Θρασυκλῆς Ναυσικράτους Θριάσι(ος), n. 2102 Θρασυκλῆς Θριάσιος, n. 868 vs. 7 et 13 Ναυσικράτης Θριάσιος πρύτανις. *a* vs. 4 ἠθυιῶι crasin esse ex ἤ τῷ υἱῶι ortam, durius videtur sed non monstrosum, videas exempla quae congessit Meisterhans p. 56 (θὔδατος Amipsiae com. fragm. 2 Kock). — *b* Μνησίεργος nomen occurrit in titulis Atticis II, 652 *A* et 653 annorum 398/7 a. Chr. n.: Μνησίεργος Ἀθμονεὺς γραμματεὺς ταμιῶν ἱερῶν χρημάτων. Initium epistulographiae Graecae proprium per se patet; quid ipsa sibi voluerit epistula, haud ita planum est; quae desunt vario modo suppleri possunt — hoc autem constabit, agi hic de mercatorum negotiis, non de arte magica. Ego haec fere inesse puto: *Tegulas si quas perfecistis* (scilicet tot tegulas in fornice coxistis, ut tectum integrum possit confici) (sequebatur nomen missuri) *mittat* (excidit nomen eius cui daretur) *dono, ut quam perfectissimum et ratissimum* (? inestne κῦρος vel tale quid?) *fiat et quantum ad vos, ut ego omnia vobis reddam.* Scribendi ratio nos ad quartum saeculum relegat.

Quae cum ita sint, duas devotiones (n. 102. 103) se ipsas ut epistulas inferis datas laudare non miraberis: Orphicum fuisse hunc usum demonstrare studuit Maass Orph. p. 160, ego vero hanc consuetudinem potius e populari aliqua superstitione prodiisse putem, quarum plurimas a Pythagoreis et Orphicis in ipsorum religionem receptas esse scimus; quid autem miri est, si sumimus, Atticorum gentem arbitratum esse, dari posse epistulas ad inferos tumulosque scriniorum epistularum vice fungi posse? Singulare primo obtutu hoc solum videri potest, quod plumbeas fecerunt has epistulas[1]).

Plumbum metallum Atheniensibus notissimum erat, quippe quod ipsi Laurii effodiebant[2]); ad scribendum adhibebatur, quia tanta mollitie erat, ut stili ductibus cederet et ita litteras exprimeret[3]). Duo genera plumbi distinguebant antiqui, album et nigrum, nigro *ad fistulas lamnasque* utebantur (Plin. N. h. XXXIV, 164). Sed primis licet temporibus in his lamminis *non tam ex peculiari quadam superstitione quam ex facili et commodo eius metalli in scribendo usu*[4]) scripserint antiqui, ubi primum adhibebant hoc metallum ad artes magicas, accessit superstitio, quae plumbum efficacissimum inter omnia esse docebat, quo dii inferi allicerentur. Est enim grave (βάρος μολύβδου Aristoteles plurimis locis commemorat, quos videas in indice Bonitziano), frigidum (Plut. Quaest. conv. VI, 5 fin. καὶ μὴν ὅ τε μόλυβδος τῶν φύσει ψυχρῶν ἐστι), ψυχρότης autem mortuorum insigne est et color hominis morientis est plumbeus (Aristoteles apud Plinium N. h. XI, 273): quibus de causis hoc metallum ad ipsos inferos referebatur. Aridaeus in Orco vidit inter alia λίμνας παρ' ἀλλήλας, τὴν μὲν χρυσοῦ περιζέοντος, τὴν δὲ μολύβδου ψυχροτάτην, ἄλλην δὲ τραχεῖαν σιδήρου, in quibus puniuntur scelestorum animae (Plut. De sera num. vindicta p. 567 *C*), et secundum Alexandrum Pseudomantin (Luc. c. 25) Epicurus in Orco μολυβδίνας ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται. Sic plumbum ut sumatur ad actiones magicas, quibus cogantur numina infera, praescribunt papyri[5]), ut pap. CXXI vs. 403 μόλιβος ἀπὸ ψυχροφόρου σωλῆνος, vs. 440 πλὰξ μολιβῆ ἀπὸ ψυχροφόρου τόπου (ubi relatio ad ψυχρότητα plumbi est manifesta) pap. Paris. 329 πλάτυμμα μολυβοῦν, ibid. vs. 993 λεπὶς μολυβῆ, pap. CXXIV vs. 31 λάμνα μολιβοῦς ἀπὸ ἡμιόνων (i. e. a mulorum frenis sumpta). Apud astrologos denique plumbum metallum est Saturni, *stellae nocentis*, sacrum[1]): ut Saturnus ita et plumbum devotionibus conscriptum perniciem ferebat et exitum. Harum opinionum testes manifesti sunt tabellae nostrae: is quem devovent esto frigidus ut plumbum, i. e. mortuus (n. 67. 105. 106. 107), nullius pretii (n. 107) nulliusque utilitatis (n. 106), affectu animi i. e. vita careat (n. 105), lingua eius plumbum fiat (n. 96. 97 *ter*)[2]).

Hanc igitur superstitionem secuti veteres diras mandabant plumbo[3]), utque materies, sic in plerisque forma habitusque sibi constant: solet enim forma esse quadrata, longioribus lateribus inferiore et superiore, quare in descriptione mea de forma nihil adnotavi, nisi ubi rectangularem tabellae spernunt. Plurimas, cum conscriptae essent, complicuerunt aut convolverunt in modum cylindri; complicatas clavo aut clavis transfixerunt, convolutis autem ita immittebant, ut clavus tamquam centrum spirarum esset. Semel duas inscriptiones ita coniunctas esse invenimus, ut altera alteram tamquam cortex nucem circumdet (n. 35. 36), saepius plures uno eodemque clavo transfixas videmus (n. 47—50. 60—62. 73. 73. 92. 93); interdum non unus sufficiebat clavus, sed tres vel quattuor percutiebantur (n. 31). Saepius formam certam e fragmentis iam agnoscere non possumus, saepius ea certa norma circumscribi nequit. Forma fere rotunda est n. 13, orbis est n. 6. Mirum quendam habitum ostendunt n. 156. 157, quem in editione descripsi.

Mos lamminas complicandi aut convolvendi sumptus erat ex usu quotidiano epistulas complicandi (ut Mnesiergi epistula duplicata est) aut convolvendi (ἐπείλιξαν ... ὥσπερ τι χαρτίον Dio Cassius l. c.) quod si fiebat, scriptura in interiorem recedebat tabellam et difficilius tam peribat quam legebatur, quam si in superficie extaret. Sed iam pauca dicenda erunt de clavis, quibus tabellas perforabant: initio fortasse nihil aliud volebant, nisi ut tabellam clauderent, ne quis eam aperiret neve legeret, sed iam inde ab antiquorum memoria superstitionem quandam invenimus, quae clavo inesse vim magicam putabat. Clavus firmissimum est coniungendi et vinciendi instrumentum, ut e. g. a Pindaro usurpatur Pyth. IV, 71: τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις; qua ex sententia in imaginem clavus translatus est: nam quodcumque eo fixum erat moveri non potuit immotumque manebat, cumque ea, quae Necessitas dea, Graecorum Ἀνάγκη, ut futura constituerat, immota essent deaeque voluntate tamquam clavo fixa, factum est, ut Necessitati clavi, imprimis aenei — aes enim metallorum minime flecti potest — attribuerentur: notissimi sunt versus illi Horatiani (carm. I, 35, 17): *saeva Necessitas, clavos trabalis et cuneos manu gestans aëna* et (carm. III, 24, 5)[4]): *figit adamantinos summis verticibus dira Necessitas clavos.* Notus Latinorum mos est *clavi figendi*, et de clavo in lammina defixo veri simile est recentiore tempore appellatas esse tabellas nostras defixiones. Latini clavum figunt, Graeci ἥλῳ δέουσιν (cf. Pindarum l. c.), unde Graecorum dirae appellabantur κατάδεσμοι; significabat igitur clavus per tabellam percussus, necessario eventura ea, quae optabat qui devoverat, utque ab ipso clavum in plumbo, ita devotum in fortuna adversa defixum iri a Necessitate. Id quod supra monuimus, clavos aereos maxime esse idoneos, quippe qui minime flecterentur, iam veteribus probatum erat: nam clavi, qui nostris tabellis infixi erant, excepto uno cupreo omnes sunt aerei. Neque enim partes huius metalli in antiquorum religione et superstitione parvae sunt, cuius rei exempla saepius collegerunt viri docti; gravissimos tantum provocem testes: χαλκόπους est Erinys Sophoclea (El. 491), quae Necessitati servit; τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλείθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται (Axioch. p. 371 *B*), tabulam aeream habentem γράμματα πολλὰ καὶ θαυμαστά (scilicet magica) commemorat Plutarchus (De gen. Socr. p. 577 *F*). In papyris quoque magicis

---

[1]) Maassius ipse me hoc loco benigne monuit, talia apud alias quoque gentes inveniri, eamque ob rem apud Atticos Orphicorum minime fuisse proprium.

[2]) K. B. Hofmann *Das Blei bei den Völkern des Alterthums*, Virchow-Holtzendorff n. 472 p. 12.

[3]) Hofmann p. 30.

[4]) Huebner Exempla scripturae epigraphicae Latinae p. XLV.

[5]) Locos profero secundum Wessely, Novae papyri magicae, Vindob. 1893.

[1]) Dieterich Abraxas p. 78 n. 4. M. Mayer Kronos apud Roscherum p. 1475. Codex Vatic. Pal. gr. 141 f. 214 r. inter excerpta similis generis: ὅτι τῶν $\overline{ζ}$ πλανητῶν τὰ χρώματα τῶν τε μετάλλων καί τινων ἄνθεων ἀναλογοῦσι τοῖς χρωμασι· Κρόνος μὲν μολύβδῳ καὶ ὑακύνθῳ.

[2]) Non cum plumbo quidem, sed cum ferro comparatur mortuus Kaibel Epigr. 513, 2: κεῖμαι ἀναίσθητος ὥσπερ λίθος ἢὲ σίδηρος. — Wessely Papyri magicae 1893 p. 62: '*Das Blei sollte dann als Symbol dienen: wie Blei schwer sollte Zunge und Sinn dem Betroffenen werden, ihm sollte Sprechen und Denken alle Beweglichkeit verlieren*'.

[3]) De reliquis plumbi usibus cf. Huebner Ex. scr. ep. Lat. p. XLV, Reinach *Traité* p. 466.

[4]) Videas, quae Kiesslingius huic loco adnotavit.

multis locis commendatur κρίκος χαλκεῖος vel χαλκοῦν γραφεῖον [1]), βελόναι χαλκαῖ operam magicam exigunt pap. Par. 321, clavi aerei signis mysticis conscripti, quibus artem magicam exercuerunt, plures sunt reperti [2]). Plumbo igitur et aere, morte et necessitate adiutoribus veteres insecuti sunt adversarios suos.

De exteriore tabellarum habitu satis dictum est, iam ad ipsam scripturam transeamus. Vulgo, ubi superstitio rerum nondum est potita, disponuntur litterae et versus sicut in titulis omnibus solebant, sed mox et de ordine versuum et litterarum peculiaris quaedam superstitio nata est. Vulgaris enim scriptura procedebat a sinistra ad dextram, ita ut essent γράμματα ἐπιδέξια; cum autem in diris adversos imprecarentur casus, γράμματα ἐπιδέξια, i. e. boni ominis, opportuna non erant, immo ἐπαρίστερα [3]), mali ominis. Cuius superstitionis vestigia reperiuntur in n. 67 *a* 8, ubi optatur, ut quomodo illic litterae sint ἐπαρίστερα, ita eius qui devovetur omnia fiant; simile votum nobis in n. 109, 5 occurrit. Quin usque eo processerunt, ut non solum singulos versus ἐπαριστέρους scriberent, verum etiam versuum ordinem ita immutarent, ut ultimus primus esset, primus ultimus, quod factum est in n. 109 (simili habitu est n. 66): qua in dispositione maxime indulserunt huic superstitioni, cuius in libris semel tantum mentionem faciunt versus Septimii Sereni (FPR. ed. Baehrens fr. VI) [4]):

Inferis manu sinistra
immolamus pocula:
laeva quae vides Lavernae
Palladi sunt dextera.

Fortasse ex his versibus sumere possumus, etiam eam ob rem scripturam ἐπαριστέραν in epistulis ad inferos datis praelatam esse, quod superi, qui de caelo despiciunt, omnia ἐπιδέξια vident, inferi igitur, qui ex Orco suspiciunt, opposito modo id est ἐπαρίστερα vident, quare scripturae ordinem inverterunt, ut inferis facilior lectu esset: hoc modo explicaretur illud *laeva quae vides* Sereni. Laevam omnino magni in re magica momenti fuisse constat; Plinius saepius monet [5]), ut herbae magicae sinistra manu colligantur; expressis verbis — quia huic usui contrarium fuit, ut iam dicere possumus — in pap. Par. vs. 1993 iubetur magus ἄρξαι ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου μέρους καταεγγράφων, in priore autem papyro Berolinensi (ed. Parthey) vs. 250 τρίβων δὲ αὐτὰ ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ εὐώνυμα; quae exempla facile augeri possunt. Neque vero semper accurate secuti sunt hanc legem inversi litterarum ordinis: aut singulos versus aut singula nomina a dextra incipientes scripserunt, cum reliqua a sinistra scripta legerentur, aut versus singulos aut binos ἀντίποδα posuerunt, aut denique deleto omni ordine verba syllabas per totam tabellam disperserunt, ubi iam nihil aliud egerunt, nisi ut scriptura sublata omni dispositione magicam quandam haberet speciem, cuius rei exempla congessi in indicibus (V, *E*). Idem ut assequerentur saepius consulto antiquiorem scripturam sunt imitati (n. 29. 102), vel scripturam adeo deformarunt, ut signis magicis similis evaderet (n. 110—135). Priusquam autem de scriptura dicere desinamus, fortasse adnotare iuvat, ubi a dextra incipiebant scribere, versuum finem prius indicatum esse in n. 29, ubi vs. 8 duo leguntur Ʃ, alterum, quod sibi praescripserat is qui devovebat, alterum, quod, cum non attigisset praescriptum, exitui nominis addidit. Plerasque tabellas ab ipsis devoventibus sponte conscriptas esse, a nullo pendentes archetypo, facile probabitur: interdum autem archetypum quoddam extitisse, e quo tabella describebatur, demonstrat n. 30, 7, ubi ⲤΗΛΚΚΗΝΜ manifesta est corruptela e litteris ⲤΗΛΚΙⲤΗΝΜ perperam lectis exorta. A mago quodam, non ab homine, qui devovebat, tabellas confectas esse, suspicio oritur, ubi plures ad eundem modum magno cum apparatu magico scriptas videmus, cuius rei exempla paullo infra nobis occurrent. Cuius vero condicionis in universum fuerint homines, qui nostris diris utebantur, et nominibus probatur (Σύρα Σιμμίας Δρόμων Μανῆς alia) et negotiorum vocabulis, quae in indice quarto contuli. Interdum autem et in nobiliorum consuetudine fuerunt κατάδεσμοι: optimae notae sunt nomina, quae e. g. n. 6 devoventur.

---

1) Wessely Pap. mag. 1893 p. 11.

2) Jahn *Über den Aberglauben des bösen Blicks, Ber. der sächs. Ges. d. Wiss.* 1855, qui p. 105 fusius de clavis superstitiose adhibitis egit.

3) Ἀριστερὰ γραμματα Ath. XIII, 571 *B*, ἐπαρίστερα Theognet frgm. I, 7 Kock.

4) Hunc locum mihi Wissowa suppeditavit, quem adeas apud Roscherum s. v. Laverna.

5) Weidlich *Die Sympathie in der ant. Litt.*, progr. Stuttg. 1894 p. 67.

Feminae et viri, servi et liberti liberique, ubi tabellam plumbeam diris compleverunt eamque complicuerunt et clavo ferreo clauserunt, locum sibi quaerebant, cui diras mandarent. Hunc locum in potestate inferorum esse necesse erat, quippe ad quos haec plumbea epistula perveniret. Natura ipsa offerebat sepulcra, quae sub Plutonis et Proserpinae regno erant: tumulis igitur mandabant vota sua (n. 55 *a* 18 καταδῶ ἐμ μνήμασιν, n. 87 *a* 9 εἰς μνῆμα), in quibus post bis dena saecula reperiuntur. Nomen mortui, cuius tumulus erat, non curabant veteres [1]), neque verum est, quod saepius demonstrare studuerunt viri docti, invocari mortuum, ut opem ferat: nam n. 100 *a* 5, quod unicum esset exemplum, Ὀνησίμη legendum est, non Ὀνήσιμε. In ipsis tumulis tabellae nostrae aut humi iacebant aut parietibus adfixae erant [2]). Neque tamen omnia aeque idonea erant sepulcra, verum etiam hic praecepta dedit superstitio; inter reliquos mortuos, qui aetate peracta domi tranquille diem obierant, eminebant, qui antequam annos generi humano datos explevissent (ἄωροι) [3]) quique per vim mortui erant (βιαιοθάνατοι). Sic papyri magicae praeferunt sepulcra hominum aut per vim aut ante tempus completum defunctorum; ut unum pro multis proferam exemplum pap. Par. 333: πλάτυμμα μολυβοῦν τίθεται] παρὰ ἀώρου ἢ βιαίου θήκην [4]); et respondet huic praecepto, quod Delattre invenit unam tabellam duobus capitibus impositam, cum corpora inveniri non possent [2]). Huius superstitionis originem perspicere nos posse puto: manes enim eorum, qui per vim aut immature mortui erant, usque dum annos sibi destinatos explessent, circa sepulcra sua errare credebantur [5]), cum alia ex parte, ut qui mortui et sepulti essent, apud inferos versari deberent. Quae duae opiniones inter se pugnantes neque umquam conciliatae homines eo adduxerunt, ut horum animas maxime esse idoneas existimarent, quae litteras perferrent ad inferos, quippe quae in terra versarentur et infra terram. Ex eadem autem religione sequebatur, ut ad omnem artem magicam valere putarent posteriore tempore ἀώρους et βιαιοθανάτους; in Atticorum vero tabellis semel tantum commemorari videntur ἄωροι (n. 62).

Sed non solum ad sepulcra diras suas ferebant, verum etiam in aquam coniecerunt, ut per quam via pateret ad manes eorum, qui naufragio perierunt: talem religionem Graecam fuisse demonstrat Laertius Diogenes VIII § 31: τὸν δὲ Ἑρμῆν .. λέγεσθαι .. χθόνιον, ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης. Re vera etiam nonnullae tabellarum nostrarum, quae sine clavo reperiebantur, ex aqua videbantur erutae esse: erant enim coopertae materia quadam alba, qualem aqua calcaria proferre solet (n. 27. 28. 52). Pap. mag. CXXI vs. 458 locos quibus abduntur defixiones enumerans commemorat ἢ ποταμὸν ἢ γῆν ἢ θάλασσαν ἤγουν ἢ θήκην ἢ εἰς φρέαρ, i. e. terram aut aquam, in quibus elementis requiescunt corpora mortuorum; terrae praestantissimum est sepulcrum; mare aut fluvium si praesto non habeas, sufficit puteus. Pap. Anast. vs. 351 defixio εἰς φρέαρ βάλλεται ἀχρημάτιστον ἢ παρὰ ἄωρον [6]).

Diximus adhuc de exteriore tabularum habitu et condicione, de materie scriptura locisque ubi condebantur, iam ad ea transeamus, quae in ipsis scripta sunt. Quod si conabimur, hunc dirarum tenorem in tabellis Atticis varium esse statim videbimus; quare singula haec defixionum genera a simplicioribus incipientes consideremus. Cumque imprimis id agendum esset, ut numina discerent nomen eius quem insectarentur, nomina inimicorum mandabant tabulis, haud intacti superstitiosa opinione, quae fuit evenire homini quodcumque eveniret nomini eius: nam artissime apud veteres cum suo quisque cohaerebat nomine; quamobrem in eligendo nomine bonum quaerebant augurium [7]). Nomen semel inditum mutare nefas erat [8]): utque religio sic et superstitio nomini sanctum aliquid inesse

---

1) Wachsmuth *Rhein. Mus.* XVIII, 566; Henzen *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 252.

2) Delattre *Rev. arch.* XII 1888 p. 157.

3) Kaibel Epigr. 376.

4) Rohde Psyche p. 373, 1. Arti magicae placent etiam τόποι, ὅπου ἥρωες ἐσφάγησαν καὶ μονομάχοι καὶ βίαιοι, pap. Par. 1393.

5) Rohde Psyche p. 240. 254 1 (animae ἄδικα παθόντων errabundae, ἄωρος a Fortuna ἄδικα passus est).

6) Hoc loco me monet Maassius, introitum Orci per lacum aut aquam fuisse Paus. II, 37, 5; Türk Hylas p. 3. 4. 47; *DLZ.* 1896 p. 7 sq. al. Qua cum re fortasse cohaeret, quod ἐν τοῖς (τοῦ Ἑρμοῦ) πηγαὶ ἀνατίθενται ἢ φρέατα ὀρύττεται, Lyd. de mens. IV, 52.

7) Bechtel-Fick *Die griech. Personennamen* p. 12.

8) Leopold Schmidt *Ethik der Griechen* II, 146.

putabat. Quod ostenditur papyris nostris, quae magnam copiam exhibent nominum divinorum — ex parte barbara sunt illa *ὀνόματα*, in quae invehuntur veterum eruditiores [1]) — per quae fit ars magica: verum enim dei nomen si prolocuti sumus, exaudiri nos ab illo necesse est, cogitur enim deus nomine suo; homo nomen verum adeptus ipsius numinis quoque est imperator. Quare verum illud quaerendum est nomen, et invocatur in papyris *ὄνομα ἀληθινὸν ἅγιον ἰσχυρὸν μέγα ἔντιμον ἔνδοξον κύριον αὐθεντικὸν κρυπτὸν καὶ ἄρρητον* [2]). Simili modo, quo hic deus cogitur nomine suo, qui cum eo artissime cohaeret, is necessario ipse inferis erat datus, cuius nomen per defixionem ad inferos erat delatum. Quare haud raro tabellae reperiuntur solam nominum seriem continentes nullo praeterea addito verbo, quoniam exterior tabellarum habitus manifesto ostendebat, quidnam his nominibus fieri vellent. Has Atticorum tabellas coegi in prima serie, cui fragmentorum accedit series tertia. Ex integris, quaecumque clavo transfixae sunt, devotionibus se esse adnumerandas propter ipsum clavum demonstrant; cumque multae extent tabellae plumbeae, quae dirae sunt propter scriptum in iis devovendi verbum, quamvis clavus desit, sumere poterimus, tabellas nostras quae, ut e descriptione apparet, neque clavum exhibent nec defigendi verbum, tamen esse defixiones, sive nominum seriem continent sive singula nomina [3]).

Devovendi verbum, quod in his tabellis adhuc desideravimus, occurrit in iis, quas in altera serie sequentibusque collegimus. Graecorum vox, quae in plurimis lamminis iisque librorum locis legitur, quibus huius superstitionis mentio fit, est *καταδῶ* sive *καταδέω* [4]), quam a clavo figendo et adversario ad inferos vinciendo sumptam esse supra monuimus. Praeter hanc ipsam formam *καταδῶ*, quae sexcenties occurrit, legimus *καταδίδημι καδδίδημι* formaque rarissima *καταδηνύω*, de quibus verbis formisque ab illis derivatis indices adeas.

Neque tamen semper satis habebant, cum nomina sola inimicorum, addito devovendi verbo, inferis traderent, immo superstitionis studio aliunde quoque notissimo commoti id egerunt, ut omnia, vel minutissima, enumerarent, quae ad eum, quem devovebant, pertinerent, ne quid omitteretur et eam ob rem eximeretur ex effectibus magicis. Atque primum quidem non satis esse duxerunt, si nomen eius, quem devovebant, scriberent, sed expresso verbo defixerunt *ὄνομα* adversarii (n. 57, 20. 100*a* 9). De nominis vi magica iam diximus itemque exempla modo collegimus. Secundum nomen dirae praecipue agunt in vitam eius quem devovent, sed non totiens ipsum vitae vocabulum usurpant (*βίος*) quotiens animae, quae ubique fere execratur (*ψυχή*): haec animae devotio prae reliquis creberrima eodem tendit quo dirae in ipsam vitam directae: ubi anima officium recusat, homo iacet mortuus. Neque vero semper adeo crudeles erant, ut mortem adversarii cuperent: sufficiebat, si ille devoventi nocere amplius non poterat, nec factis nec dictis: quare ne consilium capere posset tabellarum scriptori adversum, devovebantur eius cogitandi facultates *νοῦς φρένες μνήμη*, neque quae inimicitias nutrire solent, omittebantur: *θυμός*; post *ψυχήν* autem et animae motus accedunt ad ipsum corpus (*σῶμα* n. 74, 3. 93*b* 3) eiusque partes, quarum frequentissime devovetur lingua, ut adversarius ne verbo quidem inimicitiam exercere possit. *Γλῶσσαν* vel *γλῶτταν* defixam videmus in omnibus fere tabulis: eodem pertinet, si qui optant, ut inimici verba ad irritum cadant (*ἔπη*), plerumque vero formula tamquam epica iunguntur dicta cum factis, *ἔργα καὶ ἔπη*, fusius circumscribitur *ἃ λέγοιεν καὶ βουλευοίατο*, ut etiam *βουλαί* inimicorum deferantur ad inferos, quae, ut per *νοῦν* conceptae, locis supra allatis addendae sunt. Male dicendi aut faciendi facultas inimico demitur n. 96. 97 hac formula: *εἴ τι μέλλει ὑπὲρ Φίλωνος ῥῆμα μοχθηρὸν φθέγγεσθαι ἢ κακόν τι ποῆσαι.* Reliquarum corporis partium, quae n. 89 ter complectuntur voce *ἀκρωτήρια*, frequentissime ligantur manus et pedes; caput ipsum in una tantum lammina devovetur (n. 89), rarius eius partes: quae omnia in indicibus reperire poteris. Maiorem copiam enumeratarum corporis defigendi partium exhibet n. 89: praeter adipem

[1]) Plut. de sup. p. 166 *B*: ἀτόποις ὀνόμασι καὶ ῥήμασι βαρβαρικοῖς.

[2]) Cf. indices Wesselianos.

[3]) Quam conclusionem hic, ubi Atticum devovendi inimicos morem novimus, facere nobis licet; in lamminis plumbeis Styrae repertis singula nomina continentibus (W. Vischer *Kleine Schriften* II, 116 sqq.) idem facere non audeo.

[4]) Meisterhans de verbo (κατα)δῶ contracto et non contracto dixit p. 140, 5 not. 1221.

(*τὴν γαστέρα τὴν πιμελῆς*) et cor (*καρδίαν*) et ventrem (*γαστέρα*) accedunt, ut in n. 77, illae partes, quas obscenas nominare solent: n. 77 defigunt *τὴν ψωλὴν καὶ τὸν κύσθον τὸν ἀνόσιον*, n. 89, siquidem litteras recte composui, *φύσιν πυγὴν οὐσίαν* inimicorum devovet. Ex his quidnam *οὐσία* [1]) sit (h. e. *κόπρος*), ex iis apparet, quae Kuhnert *Rhein. Mus.* XLIX p. 46 exposuit; qui idem p. 48, 6 de significatione verbi *φύσις* (h. e. *αἰδοῖον*) egit. Obscena cum omnino in re magica plurimum valuisse notum est tum in rebus quas magi egerunt amatoriis: hae etiam hic subesse, ubicumque *αἰδοῖα* devoventur, putandae sunt. Praeterea etiam saepius viros feminasque ad exercendas diras commotos esse rebus amatoriis apparet: n. 78 devovetur Aristocydes et mulieres, quae illi morem gerent, ne is neve cum femina neve cum puella coire possit; n. 68*b* 14. 84*b* *παλλακαί* inferis commendantur. Neque vero tales spreti amoris vindictae alienae sunt a papyris nostris; unum exemplum protulisse sufficiet: pap. Par. vs. 351 optat scriptor *μὴ βινηθήτω ἡ δεῖνα.*

Iam supra, ubi de verbis diximus, facta quoque commemoravimus; utque saepe iunguntur *ἔργα καὶ ἔπη*, sic et sola *ἔργα* nobis obviam fiunt, quae etiam circumscribuntur ut omnia comprehendi certum sit n. 96 *εἴ τι μέλλει ἐργάζεσθαι.* Pari sensu atque *ἔργα* ponuntur *πράξεις* sive *ἐργασία*: defiguntur quaecumque facere studet adversarius, ne sibi prodesse neve devoventi nocere possit. Quoniam autem *ἐργασία* non solum labor est, verum etiam ars et quaestus, huc referenda est *τέχνη* eiusque *ὄργανα.* Talibus *ὀργάνοις* adnumerandae sunt *σύριγγες* et *ἀμφορεύς* n. 55*a*. Neque quaestus omittitur (*κέρδος*) neque occasiones lucri faciundi (*καιροί*) [2]); omnem denique inferis delegant rem familiarem inimicorum (*κτήματα, χρήματα, οἶκον, ἅπαντα* saepissime) et instituta, quibus eam paraverant: *ἐργαστήριον* [3]) *καπηλείαν καπηλεῖον ἐμπόριον.* Rarius autem ii, qui devovent, adscendunt ad ea bona hominis, quae sensibus percipere non possumus: *δύναμις, τύχη, κῦδος* (in versu); semel si legimus *τέλος* munusne est?

Neque vero solos suos adversarios plumbo demandabant veteres, sed etiam illorum cognatos amicos omnes denique, quibuscum illis res erat: ita saepius nobis obviam fiunt *οἱ μετὰ τοῦ δεῖνος*, semel ii *οἷς χρῶνται ἅπαντες*; alio loco occurrunt *ἀνὴρ ἀδελφὴ ἀδελφὸς γυνὴ θυγάτηρ μήτηρ μαμμία παῖδες πατήρ.* Unum vero inprimis genus erat hominum a partibus inimicorum stantium, in quos se convertebant dirae, nempe in eos, qui in litibus alterius i. e. eius, qui devovebatur, rem sustinebant. Nota Atticorum est consuetudo, ut is, qui in iudicio causam suam ageret, patronos unum vel plures acciret *συνδίκους, συνηγόρους* [4]), qui partem suam susciperent: atque necessario hi quoque, ne nocere possent, tabellis mandabantur plumbeis, quae hoc loco iis adnumerandae sunt artibus magicis, quibus utebantur in iudicio [5]) quibusque effici putabant, ne adversarius loqui posset, interdum ne causae omnino reminisceretur. Notus Bruti Ciceroniani est locus (§ 60): *Curio — in iudicio privato vel maximo, cum ego pro Titinia Cottae peroravissem, ille contra me pro Ser. Naevio diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat.* Iam non mirabimur, devoveri in tabellis nostris saepius *τοὺς συνδίκους, τοὺς συνηγόρους, τοὺς μάρτυρας*; *ὁ δικαζόμενος* commemoratur n. 103 et *δικαστήριον* interdum, neque errare nos opinor, si *συμπαρόντας* quoque (n. 79, 11) ad res iudiciarias trahimus. Magna litium erat multitudo, quam agebant infimi ordines populi, cuius rei tabellae nostrae lucidum sunt testimonium, quas *συνδίκους* et *συνηγόρους* commemorare iuvat, quod autem de ipso hoc patronorum instituto nihil amplius addunt dolemus.

Atque iam, si placet, hanc tertiam tabellarum seriem relinquamus; pauca tantum exponenda de his putavi, ut manifestior fieret indicum compositio. Vidimus in illis homines superstitiosis opinionibus commotos,

[1]) Ubi οὐσία iterum occurrit (n. 97, 28) propter vicina χρήματα res familiaris putanda est.

[2]) N. 61 εἴσοδον non tam quaestum esse velim quam introitum, cui bene aut male dici potuisse scimus.

[3]) Hic, ubi de ergasteriis devovendis agitur, in memoriam nobis revocare liceat καταπρακτικόν illud ἐργαστηρίου ἢ οἰκίας pap. Par. 2373, quo fortunam secundam bonumque quaestum ergasterio imprecabantur; quas preces illis quas hic tractamus oppositas esse res fert; vs. 2437: δός μοι οὖν χάριν ἐργασίαν εἰς ταύτην μου τὴν πρᾶξιν· φέρε μοι ἀργύρια χρυσὸν ἱματισμον πλοῦτον πολύολβον ἐπ' ἀγαθῷ.

[4]) Meier-Schömann *Att. Prozess* p. 290.

[5]) Lammina ferrea tribus Homeri versibus conscripta adiuvat in iudicio pap. Par. 2146.

ut certo exaudirentur dirae, certis formulis — e. g. affero illud ἔργα καὶ ἔπη — usos esse, unde enumeratio plenior rerum devotarum et series illa membrorum et enuntiata quae omnia complectuntur (εἴ τι, ὅσα) originem ceperunt. Quarum opinionum exempla in quarta quoque Atticarum tabellarum serie nobis non deerunt (ut omnino distinctio quae ab omni parte accurata sit, haud ita facile inter singulas series instituatur), accedit autem in illa novum aliquod, quod artissime illis temporibus cohaesisse superstitionem cum religione docet: invocationem deorum dico. Quam si accuratius perlustraverimus, plerasque tabulas ita inter se consentire videbimus, ut in omnibus fere invocetur Mercurius, aut solus aut cum aliis coniunctus numinibus. Neque hoc mirabimur recordati, quanti momenti deus ille fuerit in inferorum regno, qui animas mortuorum iam in antiquissima Graecorum religione ad inferos comitetur (Od. XXIV, 1. hymn. Hom. III, 572), quas ex aqua et e terra cogat (Laert. Diog. VIII, 31), qui eam ob rem primus invocetur ubicumque animae mortuorum citantur[1]); nam is solus, qui eas luci ademit, reddere quoque luci potest. Optabant igitur ii, qui scripserunt tabellas nostras, ut animam adversarii in potestatem suam redactam Mercurius ad inferos abduceret, vel, ut verba e CIL. VIII suppl. n. 12505 adhibeam, *celerius abduceret*, nam aliquando hoc factum iri constabat, ut brevi fieret, scriptoris intererat. Quam precem ut manifestius dicerent, Mercurium plerumque invocabant non solo suo nomine[2]), sed addito cognomine χθόνιος, quo significaretur infernalis eius potestas, χθόνιον autem vocatum esse Mercurium Athenis affirmat schol. Aristoph. Pac. 650, quod tragicorum versibus affatim probatur. Alterum vero Mercurii cognomen, quo eodem modo saepius utuntur, est κάτοχος, quae vox duplici sensu occupatur, altero ut ita dicam passivo, ubi κάτοχος τοῦ θεοῦ est, qui a deo tenetur, possidetur, ut Bacchi aliorumque deorum κάτοχοι[3]), quam sententiam in tabellis nostris nusquam aut semel tantum reperimus: n. 90*a* 4 σὺ δὲ κάτοχος γίνου, ubi is qui devovet utrum Mercurium an Theodotam alloquatur, non liquet; altero activo, qui in lamminis nostris saepissime occurrit, ita ut Mercurius κατ' ἐξοχήν dicatur ὁ κάτοχος, qui animas hominum in sua teneat potestate infernali (ὅτι καὶ τῶν ζώντων καὶ τῶν τετελευτηκότων ἄρχει, schol. Aristoph. Pl. 1132); Ἑρμῆν κάτοχον καὶ χθόνιον item saepius legimus nonnumquam addito titulo δεσπότου. Duae vero sunt formulae, quibus animae adversariorum addicuntur huic κατόχῳ θεῷ: aut enim dei nomini praeponitur πρός, indicaturum, penes illum devoti esse potestatem, aut optatur, ut deus κατέχῃ vel κάτοχος ᾖ inimicorum aut eorum nominum. Cumque perlustratis tabellis nostris affirmare possimus, fere nusquam omitti Mercurium, ubi omnino invocantur dii, hic illas quoque tabulas ponere possumus, ubi deus aliquis omisso nomine invocatur: n. 95*b* 22 commemoratur θεὸς κάτοχος, quem alium fuisse atque Mercurium vix est cur credamus, et n. 96. 97, quae ab eodem scriptore sunt exaratae, ἄγνωστον quendam θεόν invocant, ut linguas adversariorum feriat (κέντησον), quas preces item ad Mercurium referendas esse duco. Neque in papyris magicis Mercurium obliti sunt, qui ope antistitis mercatorum furumque multifariam indigent; ubi vero ut animarum invocatur dominus, χθόνιος est (pap. Par. 1443. 1463, καταχθόνιος eadem vi vs. 338).

Unus tamen restat locus difficilior, n. 90*a*, ubi commemorari videtur Ἑρμῆς δόλιος, devovetur enim Theodota ὅτι ἐργάζεται (artibus se dedit magicis?) πρὸ(ς) τὸν δόλιον Ἑρμῆν: δόλιον cognomen Mercurii fuisse novimus e Pausania (VII, 27, 1), qui eum ad viam prope Pellenen coli narrat; quae vero res Theodotae cum illo fuerit, ex iis, quae in hac tabella leguntur, non satis constat. Certum autem est, invocari Mercurium δόλιον n. 93*a* 2.

Alterum iam accedit numen, cui preces suas mandabant, Terra mater: φίλη Γῆ, ut n. 98 invocatur. Atque n. 101 una cum Mercurio et Proserpina, n. 100 cum Mercurio solo iuncta imploratur; hanc deam apud Atticos in magna veneratione fuisse scimus[4]), non solum ut matrem omnium quae vivunt, sed ut inferorum deam; libamenta offeruntur Γῇ καὶ φθιτοῖς apud Aeschylum Persarum versu 220, qui vs. 627 invocant: Γῆ τε καὶ Ἑρμῆ βασιλεῦ τ' ἐνέρων. Quae infernalis Terrae matris potestas expressis verbis laudatur in titulo Myconio (Dittenberger Sylloge 373, 26), ubi Γῆ audit χθονία — quare non dubitem, in titulo n. 99, 1, ubi nunc legimus τῆι χθονίαι, emendare Γῆι χθονίαι — χθονίους autem θεούς omnes idoneos esse, qui in diris nostris invocarentur, supra monuimus. Fortasse etiam n. 102*b*, ubi extat κατέχ(ους) τήν et deae nomen desideratur, excidisse Γῆν putandum est propter formam articuli similem.

Neque Terrae soli dearum preces suas afferunt devotionum scriptores, immo post illam occupat ordinem Proserpina, uxor Plutonis, quae ut inferorum regina satis magnam habebat potestatem adversariis nocendi, qui per tabulas inferis dati essent. Atque bis quidem tamquam per litteras ei commendantur inimici (n. 102. 103), quod e singulari quadam opinione populari factum esse supra monuimus. Ceterum in Atticorum tabellis Proserpinae invocatio simplicissima est neque quae pluribus indigeat verbis; Orcus, maritus eius, semel tantum precibus aditur n. 102*b* 16, ubi una cum Mercurio rogatur, ut κατέχῃ quosdam.

Mercurii autem simillima saepeque cum eo coniuncta est dea, quae eadem χθονία audit, Hecata; occurrunt una Mercurius et Hecata iam apud Hesiodum Theog. 444; Theopompus vero apud Porph. de abst. II, 16 narrat, singulis mensibus lustrari τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην, quorum cultum veteres tradiderint posteris. Atque hoc ipsum, quod χθονία est, sufficeret, ut idonea esset, quae in tabellis nostris invocaretur; accedit autem, quod Hecata ut viarum custos (Εἰνοδία) in dicionem suam recepit sepulcra, quae plerumque viis adiacent[1]): cuius rei testes sunt versus epigrammatis cuiusdam, Kaibel n. 376*d*: (τῷ τάφῳ) ὃς ἂν προσοίσει χεῖρα τὴν βαρύφθονον, Ἑκάτης μελαίνης περιπέσοιτο δαίμοσιν. Sepulcrorum vero domina potestatem tenet animarum eorum, qui in illis sepulti sunt: quare invocata animas luci reddere potest, ut e contrario animas hominum vivorum ad inferos potest abducere, quam veterum opinionem fuisse tabellae nostrae satis demonstrant, quare huic deae optime convenit cognomen χθονία, omnibus tabellarum locis illi inditum, quod passim in libris quoque veterum occurrit[2]). Atque hoc ipsum cognomen, quod magis ad animas inferis mandandas pertinet, me prohibuit, quominus cogitarem, deam nostram interdum invocatam esse, ut oranti opem ferret in iudicio: iudiciariae enim sunt tabellae n. 105 (δικαστήριον), n. 106 (σύνδικοι), Hecatamque in iudicio praesto esse vetus erat religio[3]), ut Hesiodus de ipsa praedicat ἔν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει (Theog. vs. 434). — Semel Hecatae inimicus traditur et una cum illa (n. 108) Ἐρινύσιν ἠλιθιώναις, quae verba quam si supersint e vetere quodam versu heroico diras profitente speciem prae se ferunt. Erinyas vero invocari, ut facinus quoddam ulciscantur, mirum non est; at novum earum cognomen ἠλιθιῶναι, quod Rapp (apud Roscherum s. v. Erinys p. 1323) ita explicat: Erinyum munus esse, ut de superbia hominum supplicium sumant, quare Ἄτην ab illis mitti, quae homines dementet: qua Ἄτῃ cum ἠλίθιοι fierent homines, vocatae sunt illae ἠλιθιῶναι. Habitant autem in Orco (ὑπὸ γαῖαν Il. XIX, 259, κατὰ χθονὸς θεαί Aesch. Eum. 115), ita ut suo iure in hac tabella commemoretur Tartarus, abyssus illa inferorum, ubi poenas luunt scelestorum animae. Ceterum notare liceat, versus, in quo haec leguntur, exitum Τάρταρον ἀερόεντα ex Hesiodi memoria scriptum esse: Theog. 119 Τάρταρά τ' ἠερόεντα.

Priusquam autem deos relinquamus quorum auxilio confidunt dirae collectionis nostrae, pauca dicenda erunt de singulari illa invocatione Praxidicarum, quae in n. 109 occurrit. Illorum numinum vis satis explicatur nomine: ad finem enim perducunt ea, quae iure fieri debent; hoc Praxidicarum munus fuisse apparet adhuc in duobus Pausaniae locis, quibus earum mentionem facit: III, 22, 2 Menelaus post captam Troiam domum reversus ἄγαλμα Θέτιδος καὶ θεᾶς Πραξιδίκας ἱδρύσατο, scilicet, quia ipsum de Paride hospitium violante ultae erant; IX, 33, 3 commemoratur, Haliarti esse ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἱερὸν ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν· ἐνταῦθα ὀμνύουσι μέν, ποιοῦνται δὲ οὐκ ἐπίδρομον τὸν ὅρκον. Quod fanum quoniam olim sub dicione fuerat Ogygis, quem Pausanias IX, 5, 1 veterem Boeotorum regem fuisse tradit, ad ea retulerunt nomina, quae Suidas s. v. Πραξιδίκη servavit, qui Dionysium introducit narrantem ἐν κτίσεσιν Ὠγύγου θυγατέρας Ἀλαλκομένειαν Θελξίνοιαν Αὐλίδα, ἃς

[1]) Locos collegit Roscher s. v. Hermes p. 2374.

[2]) Quae invocatio interdum ter in eodem titulo fit: formula enim ter repetita magni momenti fuit in rebus magicis, cf. U. Kehr Quaest. magg. spec. p. 15.

[3]) Rohde Psyche 304[1], 311.

[4]) Roscheri lexicon s. v. Gaia.

[1]) Preller Myth.[4] I, 325.

[2]) Roscheri lexicon s. v. Hecata p. 1896.

[3]) Roscheri lexicon s. v. Hecata p. 1892.

ὕστερον Πραξιδίκας ὀνομασθῆναι, quae vetera terrae numina iurisiurandi custodes et periurii ultores facta esse mirum non est. Quae earum officia bene cum eo conveniunt, quod in tabella nostra invocantur, ut de Mane, scelerato homine ex ipsius qui devovet sententia, supplicium sumant. Neque vero semper plures commemorantur Praxidicae, plerumque una est, de qua tradit Hesychius: *δαίμονά τινά φασι τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις· διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι καὶ τὰ θύματα ὁμοίως* [1]). Unam autem religionem, quae prae ceteris Praxidicam colebat, novimus, Orphicorum dico, qui inter alia cognomina hoc quoque Proserpinae dederunt: hymn. 29, 5 *Πραξιδίκη ἐρατοπλόκαμε Δηοῦς θάλος ἁγνόν*, et in Orphei Argonauticis occurrunt vs. 31 *ὄργια Πραξιδίκης*. Cumque iam tabella nostra relegati simus Athenas et ad tertium a. Chr. n. saeculum, ubi neminem vulgaris tantum religionis gnarum talia numina invocaturum fuisse putaverim, re ipsa adducor ut veri simile esse concludam, tabellam nostram scriptam esse ab homine Orphico, eiusque religionem non unam solam, verum plures novisse Praxidicas. Neque de earum nominibus laboramus, Mnaseas enim apud Suidam narrat *ἐν τῷ περὶ Εὐρώπης, Σωτῆρος καὶ τῆς ἀδελφῆς Πραξιδίκης γενέσθαι Κτήσιον υἱόν, καὶ θυγατέρας Ὁμόνοιαν καὶ Ἀρετήν, ἃς ἀπὸ τῆς μητρὸς Πραξιδίκας κληθῆναι.* Sumamus igitur, invocari in nostra tabella Praxidicam Homonoeam Areten; qualia vero nomina iis fuerint deabus, quae in Menelai fano colebantur, diiudicare non ausim; neque enim Ogyges Laconiae convenit, neque nomina, ut ita dicam ethica, quae Orphici suis indiderunt Praxidicis [2]).

Quibus absolutis restat iam, ut nonnulla addantur de daemonibus et inferis, qui hic illic (n. 99. 102) in titulis nostris occurrunt: sed haec planiora futura esse puto, si hos locos una cum reliquis, qui de daemonibus inferisque in devotionibus extra Atticorum fines repertis agunt, considerabimus; et quoniam ea absolvimus, quae de Atticorum ritu et religione dicturi eramus, accedamus ad alteram propositi partem et arcessamus reliquarum quoque gentium diras plumbeas, ut videamus, quidnam ex iis sequatur de historia superstitionis illius, de qua agimus.

Ex ipsa Graecia nonnulla exempla ad hunc diem inedita tradidit mihi Rhusopulus, quorum prima est tabella Thebana opisthographa quadrata cm. 14·14, complicata olim; scripta, ut e litterarum ductibus apparet, secundo ante Chr. n. saeculo. Continet autem haec:

Θηβῶν 1892. 5.

a

	ΖΩΠΥΡΟϹΚΑΚΟΝΚΑΙΜΕΛΕΟΝ
	ΖΩΠΥΡΩΜΗΓΗΚΑΡΠΟΝΜΗ
	ΘΥΝΝΩΜΗΘΑΛΑϹϹΑΜΟΝ. . .
	ΤΩΥΓΡΑ
ΚΑΤΑΔΙΔΗ	ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΝΙΚΟΚΛΕΑΝ
ΜΙΝΙΚΟ	ΚΑΚΗΝΚΑΙΝΕΛΕΑΝ
ΚΛΕΑϹ	ΝΙΚΟΚΛΕΜΗΓΑΜΟϹ
ΙΕϹΤΗΝΗΛΙ	ΜΗΔΥΜΕΝΑΙΟϹ
ΚΑΝ	ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΔΑΜΑΡΩΝ
ΚΑΤΑΔΙΔΗ	ΚΑΚΗΝΚΑΙΜΕΛΕΑΝ
ΜΙΔΑ	ΠΥΘΟΚΡΙΤΟϹΖΩΠΥΖΩ
ΜΑΤΩΝ	ΚΑΚΟΝΚΑΙΜΕΛΑΙΟΝ
ΤΗΝΘΥΝΝ	ΕΛΚΥϹΟΙΚΑΤΩ
ΟΥΚΥΝΑΙΚΑ	ΚΑΙΝΙΚΟΚΛΕΑΝΠΥΘΟΚΡΙΤΟϹ
ΝΔΑΜΑΡΟΙ	ΕΛΚΥϹΟΙΚΑΚΗΝΚΑΙΜΕ. .
ΜΗΕΡΓΟϹ	ΑΝ
ΑΝΗϹΙΦΟΡΟϹ	ΑΝΤΙΓΟΝΟΝΚΑΤΑΓΡΑ
ΠΥΘΟΚΡΙΔΕ	ΦΩΚΑΚΟΝΚΑΙΜΕΛΑΙ
ΔΑΜΑΡΩΝ	ΟΝϹΤΩ. . Θ. ϹΙΝΤΑΤΗϹ
ΚΑΚΗΝΚΑΙΜΕ	ΗΛΙ. . . . . . ΗϹΑΠΛΕ
ΛΕΑΝ	ΘΕΙΝ ΕΛΚΥϹΟΙΚΑΤ.
ΕΛΚΥϹΟΙΚΑΚΗΚΑΙΜΕΛΕΑ	

b

ΜΗΚΑΤΑΙΑΝ
ΜΗΔΕΚΑΤΑΘΑ
ΛΑΤΑΝ
ΜΗΕΡΓΟΜΗΕΡ
ΓΑϹΙΗ
ΔΑΜΑΡΩΜΗΕΡ
ΓΟΝΜΗΕΡΓΑϹΙΗ
. . . . . . ΔΕ
. . . . Ν
. Ω . . . . . .
ΜΗΓΗΚΑΡΠΟΝ
ΑΝ . . . .
Ζ . . . .
ΕΡΓΟΜΗΕΡ
ΓΑϹΙΗ

a

	Ζώπυρος κακὸν καὶ μέλεον
	Ζωπύρῳ μὴ γῆ καρπὸν μὴ
	Θύννῳ μὴ θάλασσα μόν[ῳ αὐ-
	τῷ ὑγρά.
Καταδίδη-	Καταγράφω Νικόκλεαν
μι Νικο-	κακὴν καὶ (μ)ελέαν
κλέας	Νικοκλέᾳ μὴ γάμος
ΙΕϹΤΗΝΗΛΙ	μηδ' ὑμέναιος.
ΚΑΝ	Καταγράφω Δαμαρῶν
καταδίδη-	κακὴν καὶ μελέαν
μι Δα-	Πυθόκριτος Ζωπύ(ρ)ῳ
μα(ρ)ὼν	κακὸν καὶ μέλ(ε)ον
τὴν Θύνν-	ἑλκύσοι κάτω
ου κυναῖκα-	καὶ Νικόκλεαν Πυθόκριτος
ν· Δαμαροῖ	ἑλκύσοι κακὴν καὶ με[λέ-
μὴ ἔργος	αν·
(ὀ)νησιφόρος	Ἀντίγονον καταγρά-
Πυθόκρι(τος) δὲ	φω κακὸν καὶ μέλ(ε)-
Δαμαρῶν	ον ϹΤΩ. . Θ. ϹΙΝΤΑΤΗϹ
κακὴν καὶ με-	ΗΛΙ. . . . . . ΗϹΑΠΛΕ
λέαν	ΘΕΙΝ ἑλκύσοι κάτ[ω
ἑλκύσοι κακὴ καὶ μελέα.	

b

Μὴ κατ' αἶαν
μηδὲ κατὰ θά-
λατ(τ)αν
μὴ ἔργο(ν) μὴ ἐρ-
γατίη
Δαμαρῶ μὴ ἔρ-
γον μὴ ἐργατίη.
. . . . . . ΔΕ
. . . . Ν
. Ω . . . . . .
μὴ γῆ καρπὸν
ΑΝ . . . .
Ζ . . . . . . [μὴ
ἔργο(ν) μὴ ἐρ-
γατίη.

Ut tabella nostra recentioris aetatis est, dialecti verae boeoticae pauca restant vestigia, pleraque e lingua vulgari sumpta. Notes accusativum casum boeoticum *Δαμαρῶν* (Meier § 333), formam *κυναῖκαν* (W. Schulze et P. Kretschmer *Kuhns Ztschr.* XXXIII, 397. 466) et *ἔργος*, quod neutrius generis tertiaeque quam vocamus declinationis putaris esse, masculino genere et secunda declinatione usurpatum (W. Schulze Quaest. epic. 294. 526). Latus posticum paullo discrepat ab antico, quippe quod exhibeat *θάλαττα* (*θάλασσα* in *a*) et *ἔργον* (*ἔργος* in *a*). Aetati tabellae convenire, quod bis *αι* pro *ε* occurrit, et quod nomina per compendia scribuntur Νικόκλε(α), Πυθόκρι(τος) animadvertisti. De nominibus adnotandum, notissima esse Anti-

[1]) M. Mayer *Arch. Jahrb.* VII 1892 p. 200.

[2]) Similium nominum exempla si quaeris adeas Horarum nomina hymn. Orph. 43. — Novissimus de Praxidicis egit Usener *Götternamen* p. 237.

gonum et Zopyrum, Nicocleam praeter alias extitisse Argivam (CIG. 1207), Pythocritum saepius insularum Graecis inditum, *Δαμαρώ* nondum nobis obviam fuisse, verum tamen Damarin Atheniensem (Act. Apost. XVII, 34), Thynnus ad nomina a bestiis ad homines translata accedit, quae collegerunt Bechtel-Fick p. 314 sqq. In singulis addendum: *a* vs. 3 *Θύννῳ*] Θ corr. e Ζ; supplevi *μόν[ῳ αὐ]τῷ ὑγρά*, ut idem sit, quod alibi legitur (e. g. CIA. III, 1417) *μηδὲ θάλασσαν πλωτὴν εἶναι*; ceterum formularum ordo hoc loco turbatus est; vs. 5 *καταγράφω*] Κ corr. e Η; vs. 17 *ἀνησιφόρος* tabula praebet, quod Schulzius nomen esse proprium putabat, ut *Ἀνασίφορον* Bechtel-Fick p. 75, ego vereor, ne sit errore ortum ex *ὀνησιφόρος* (cf. Plut. Mor. p. 555 *F*, Alex. com. fragm. 195). Boni ominis votum mulieres in ore gessisse *ὀνησιφόρα γένοιτο* apparet e fragm. com. 109, 11, Kock III p. 424. — *b κατ' αἶαν κατὰ θάλατταν, μὴ ἔργον μὴ ἐργασίη* formularum instar composita sunt. Vs. 8 sqq. inesse puto nomina devotorum Ζ]ώ[πυρον, Ἀν[τίγονον reliqua.

Quantum ad superstitionis ritum attinet, aliquid et ex hac tabella proficimus; nonnullas novas discimus votorum formulas, cum cupiunt adversarium malum et infelicem, scil. se habere, illum nec terra ingredi nec mari vehi posse, illi terram fruges non ferre, neque ullum laborem feliciter evenire: quas formulas prope ad diras in sepulcris exaratas accedere paullo infra videbimus. Votum illud *ἑλκύσοι κάτω* mirum nihil haberet, si esset Mercurius, qui devotos traheret ad inferos, sed res e contrario ita se habet, ut devotorum alter trahat alterum (*a* vs. 14 *καὶ Νικόκλεαν Πυθόκριτος ἑλκύσοι*): mortuum cognatos suos in luce versantes ad inferos trahere notissima gentium est superstitio. Utrum in hac tabella omnino deos invocaverint necne, diiudicare non audeo, quia duorum locorum sensus plane me effugit.

Accedunt duae tabellae Tanagraeae, quas una cum reliquis a Rhusopulo accepi; altera opisthographa cm. 9·4 complicata olim, saeculi secundi ante Chr. n. scripturae singulis locis fere evanidae, cuius tamen haec componere potui verba:

a

Є . . Η Ν . . Κ Λ Η C Κ Ѡ Χ Θ Ο Ν Ι Ο Ν
Κ Α Τ Α Δ Ι Δ Η Μ Ι Δ . Ο Ν Υ C Ι Α Ν
Κ Α Ι Φ Є Ρ C Є Φ Ο Ν Η Α Ν Δ Η C Α Ι Δ Ι Ο
Ν Υ C Ι Α C Γ Λ Ѡ C Α Ν . . Α Τ Є Τ Ο . .
Τ Є Τ Α Υ Τ Α Α . Ι Ѡ Θ Η . . . . Γ Ο
Ν . . Є Ρ C Є Φ Ο Ν Η Α . Τ Η Ν . . .
. . . . . . Χ Θ Ο Ν . Ο Ν . . . Α

b

Є Ρ Μ Η . . . . . . Ν . . C
Φ Є Ρ . . . . Α V . .
Ρ Α . . . .
Κ . . . . Π . . . .
. . . . Ρ . . Ι . Η . . Μ . . .

a

Ἑ[ρμ]ῆν [κι]κλήσκω χθόνιον
καταδίδημι Δ[ι]ονυσίαν
καὶ Φερσεφόνηαν· δῆσαι Διο-
νυσίας γλῶσ(σ)αν . . ΑΤЄΤΟ . .
τε ταῦτα Α . ΙѠΘΗ . . . . ΓΟ
Ν[. Φ]ερσεφόνηα . την . . .
. Ἑρμῆν] χθόν[ι]ον . . . Α


b

Ἑρμῆ[ν et Φερ[σεφόνηαν obviam nobis fieri patet, reliqua desiderantur.

Καταδίδημι, quod et in tabella Thebana occurrit, Boeotorum proprium fuisse videtur: tab. 74, quae et ipsa hanc verbi formam exhibet, e regionibus Boeotiae adfinibus oriunda est. Vs. 1 et 3 versum efficiunt heroicum: *Ἑρμῆν κικλήσκω χθόνιον καὶ Φερσεφόνηαν* — ut magus ille in Menippo Lucianeo invocat c. 9: *καὶ νυχίαν Ἑκάτην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν*, qui instar initii est carminis magici, qualia nobis servarunt papyri magicae — Parisina vs. 2522 auxilio vocat deam nostram *Ἄρτεμι Περσεφόνη ἐλαφηβόλε νυκτιφάνεια*, vs. 2747 *Περσεφόνα τρικάρανε (θεὰ) πυρίφοιτε βοῶπι*; *Φερσεφόνειαν* eadem versus sede habet hymnus Orphicus 41, 5: neque tamen certum statuam conexum inter tabellam nostram et Orphicorum doctrinas, quamvis hic mulier Proserpinae devoveatur, quam e recentiore illo Odysseae libro XI vs. 385 mulierum dominam imprimis fuisse constat: *ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλην Ἁγνὴ Περσεφόνεια γυναικῶν θηλυτεράων.*

Altera illa tabella Tanagraea cm. 10·4 signis conscripta est, quae a vulgari litterarum forma adeo discrepant, ut mihi non contigerit divinare, quidnam sibi voluerint; quare ipsius tabellae imaginem appono.

a



b

b fortasse subest ΚΔΑΩΤΑ = *καταδῶ*?

Extant praeter has, quas modo edidimus, tabellas duae Megarenses Berolini in Museo, sed hae multo recentioris sunt aetatis maioremque movent apparatum magicum, quem non nisi recentiorum doctrinis accuratius consideratis plane intellegemus: quamobrem eas nunc seponamus, et a terra graeca firma transeamus in insulas. Melo ex insula ad Rhusopulum pervenerunt tria fragmenta maioris tabulae saeculi a. Chr. n. quarti, quae composita lamminam efficiebant cm. 7·7 dextro tantum margine integram hisce litteris conscriptam:

. . . . Κ Ο Ν Γ Α Ν Τ Α Σ
. . . . Ε Υ Φ R Ο Ν Α
. . . . Κ Α Ι Τ Ο Σ Σ V Ν Ε Ρ
. . . . Ι Σ Σ V Ν Δ Ι Κ Ο
. . . . Α Ν Τ Α Σ
. . . . . . Κ Α Ι Τ Ο Χ Ο Ν
. . . . Ν Ι Ο Ν Α Λ Λ Α .
. . Ε . Φ Ο Ρ . . . .
. . Τ Α Τ Ο Ρ Α . . . .
. . Ο Δ Α Μ Ο . . . .

. . . . *κον πάντας*
. . . . *Εὔφρονα*
. . . . *καὶ το(ὺ)ς συνερ-*
γο(ὺ)ς . . . . *το]ὶς συνδίκο-*
ις . . . . . *π]άντας*
. . *Ἑρμῆν] κάτοχον*
. . . . *νιον ἀλλὰ*
. . *ε . φορ* . . . .
. . *τὰ το(ῦ) Ῥα* . . . .
. . *οδαμο* . . . .

Litterae Ρ forma qualis in voce *Εὔφρονα* vs. 2 legitur, fortasse labente stilo orta est. Devotio est iudiciaria, formulae iam omnes nobis notae.

Corcyra ex insula alia prodiit anno 1846 tabella devotionis plumbea, quam addito commentario publici iuris fecit olim Wachsmuth *Rhein. Mus.* XVIII p. 559. Tabella in modum diptychi formata haec servavit verba:

. . . . ΑΝΑ	. . . .
Σιλανοῦ τὸν	νόον καὶ τὰν γλῶσ-
σαν τουτεῖ καταγ	ράφω καὶ τῶν μαρ-
τύρων τῶν Σιλαν	οῦ τὰν γλῶσσαν κ-
αὶ τὸν νόον τουτεῖ	καταγράφω· Ἐπαι-
νέτου τὰν γλῶσσα	ν καὶ τὸν νόον τουτ-
εῖ καταγράφω· Ἀγ	ῆνος τὰν γλῶσσαν
καὶ τὸν νόον τουτεῖ κ	αταγράφω· Τιμαρέ-
τας τὰν γλῶσσαν	καὶ τὸν νόον τουτεῖ κα-
ταγράφω	. . . .
. . . .	. . . τῳ φαίν(ε)ται.

Καταγράφω verbo, quo etiam Thebana illa utitur lammina, recte suppletum esse tabella n. 160*a* 5 καταγ]ράφω demonstratur; vs. 11 ΦΑΝΤΑΙ in tabella legitur, φαίν(ε)ται scripsi ad exemplum tab. 78. Alia non addimus lectorem ad Wachsmuthii editionem relegantes. Iudiciariam esse devotionem testium devotione demonstratur, forma epistularum est similis. Pluribus autem verbis indiget tabella quaedam plumbea Cretensis, quam edidit G. I. Calaisakes Παρνασσός XV p. 615 (cf. *Athen. Mitth.* 1893 p. 211); versuum dispositionem quoniam ille non curavit, restituere nequimus.

Παραδίδωμι τοῖς καταχθονίοις θεοῖς τοῦτο τὸ ἡρῷον φυλάσσειν· Πλούτωνι καὶ Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ καὶ Ἐρινύσι καὶ πᾶσι τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. εἴ τις ἀποκοσμήσει τοῦτο τὸ ἡρῷον ἢ ἀναστομώσει ἤ τι καὶ ἕτερον μετακινήσει ἢ αὐτὸς ἢ δι' ἄλλου, μὴ γῆ βατὴ μὴ θάλασσα πλωτὴ ἀλλ' ἐκριζωθήσεται παγγενεί· πᾶσι τοῖς κακοῖς πεῖραν δώσει καὶ φρίκῃ καὶ πυρετῷ τριταίῳ καὶ τεταρταίῳ καὶ ἐλέφαντι [1]) καὶ γλώσσῃ μολύβδου, πυρὶ καὶ ὅσα κακὰ καὶ ὀλέθρια γίνεται, ταῦτα γενέσθω τῷ τολμήσαντι ἐκ τούτου τοῦ ἡρῴου μετακινῆσαί τι.

Consentire hanc tabellam ad verbum fere cum iis titulis, quos in ipsis sepulcris sculpebant, ut ea a manibus nefariis tuerentur, primo aspectu patet; e. g. afferam titulum CIA. III, 1423: παραδίδωμι τοῖς καταχθονίοις θεοῖς τοῦτο τὸ ἡρῷον φυλάσσειν· Πλούτωνι καὶ Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ καὶ Ἐριννύσιν καὶ πᾶσιν τοῖς καταχθονίοις θεοῖς· εἴ τις ἀποκοσμήσει τοῦτο τὸ ἡρῷον ἢ ἀποσκουτλώσει ἢ εἴ τι καὶ ἕτερον μετακινήσει ἢ αὐτὸς ἢ δι' ἄλλου, μὴ γῆ βατὴ μὴ θάλασσα πλωτή, ἀλλ' ἐκριζωθήσεται παγγενεί· πᾶσι τοῖς κακοῖς πεῖραν δώσει, καὶ φρίκῃ καὶ πυρετῷ καὶ τεταρταίῳ καὶ ἐλέφαντι καὶ ὅσα κακὰ καὶ θηρίοις καὶ ἀνθρώποις γίγνεται, ταῦτα γιγνέσθω τῷ τολμήσαντι ἐκ τούτου τοῦ ἡρῴου μετακινῆσαί τι.

Nulla alia re haec inscriptio differt a tabella Cretensi, nisi quod haec in plumbo scripta est, illa in lapide, quod haec pro ἀποσκουτλώσει exhibet ἀναστομώσει et post ἐλέφαντι addit γλώσσῃ μολύβδου: quibus vocibus per compendium exprimi apparet votum illud, quod supra attulimus: ὡς οὗτος ὁ μόλυβδος ψυχρός, οὕτως καὶ ἐκείνου τὰ ῥήματα ψυχρὰ ἔστω. Summam autem si spectamus, duo praecipue sunt vota, quorum prius his verbis exprimitur μὴ γῆ βατὴ μὴ θάλασσα πλωτή, nec terra nec mari existere possit, qua formula explicatur illud μὴ γῆ καρπὸν . . . μὴ θάλασσα μόνῳ αὐτῷ ὑγρά tabellae Thebanae. Quodsi additur ἀλλ' ἐκριζωθήσεται παγγενεί, statim reminiscimur, non solum ipsum maleficum devoveri, sed cognatos quoque et amicos eius, quos culpae participes fieri vetus Graecorum religio erat (κεῖνον ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν καὶ γένος τὸ κείνου Teiorum dirae volunt, CIG. 3044). Altero voto morborum series in sceleratum invocatur, quae incipit a verbis πᾶσι τοῖς κακοῖς πεῖραν δώσει. Plerosque horum morborum febres esse, quibus tamquam igni comburuntur homines, animadvertit Kuhnert, optimeque fecit, dum haec ad artem illam magicam, quam vocabat *Feuerzauber*, referebat [2]), cuius artis paullo infra accedunt plura exempla Cnidia [3]). Ceterum in hac tabella consideranda maxime nostra interest, ut demonstremus, quam arte devotionum superstitio cohaeserit cum titulis illis sepulcralibus, de quibus saepius egerunt viri docti [4]); quantum ad religionem attinet, monendum est, hic primum invocari Cererem, quae in omnibus fere tabellis Cnidiis est reditura: quare de illa agamus, cum Cnidum in lucum Cereris pervenerimus. Antea autem tres commemoremus titulos in Italia repertos, quorum priores nihil aliud nos docent, nisi illuc quoque penetrasse Graecorum devovendi ritum.

IGSI. 1048. Lammina plumbea opisthographa multifariam fracta apud Fredianum antiquarium Romae. Dirae sunt, quibus ligari videtur Servatus, Pompei fortasse alicuius servus. Pauca legi possunt.

ὑμᾶς ἐπικα]λέομε
δαίμονες καὶ [ἄλλοι θεοὶ] οἱ γεγραμμένοι ἐν [τούτῳ τῷ] μολύβ[δῳ
φθίνει[ν
Σερουᾶτος
φθίνειν
τῷ θαν[όντι vel θαν[άτῳ
Σερουάτου ὅττις ... δοῦλος Πομπηΐου ... [ὅ]ττις ἐν διαθήκῃ .... καὶ τύχῃ εἰς ἐνιαυτὸν . . . δοῦλος.

Num in vs. 2 recte suppletum sit ἄλλοι θεοί valde dubito, cum formulae illius tabellarum nostrarum recordor οἱ ἐνταῦθα γεγραμμένοι, quae semper ad eos pertinet, qui devoventur. Sed haec in medio relinquamus, praesertim cum tabella nimis mutila sit neque iam resarciri possit.

Altera Italarum mera nominum inimicorum est series:

IGSI. 2276. *On a thin leaden disk from the neighbourhood of Bordighera, lately presented to the British Museum.* Videntur haec nomina ex ampliore dirarum formula superesse:

Γναῖον
Οὐέργιον
Πάριν Κά-
τλου ἀπελεύ-
θερον ἰατρὸν
Πόπλιον Κ[α]λ-
πούρ⟨ι⟩νιον Ὑ-
περον Λίνου
ἀπελεύθερον
Μαί[κ]ιον
Ἰανουά-
ριο[ν
Ε]ὐόδου ἀπελεύ-
θερον
Σέρ[γ]ιον
Ἀθήναι[ον
ΥΓΡΙΔΟ
ἀπελεύθε[ρον.

Vs. 2 pro Οὐέργιον proposuit Mommsen Οὐεργίνιον; vs. 5 ΙΑΝΤΡΟ tab., ἰατρὸν Mommsen; vs. 17 nomen patroni fortasse Ὑπερίδου.

Plura iam discimus e tertio monumento et ipso Italico (IGSI. 644), quod novum quendam dirarum usum nobis ostendit: tabellam illam Bruttiam dico, quam ediderunt post alios Wachsmuth *Rhein. Mus.* XXIV, 474, Reinach *Traité* p. 152 not. 1 (vs. 9—16), Hoffmann *Dialektinschriften* II, 1658.

Ἀνιαρίζει Κολλύρα τ]αῖς προπόλοις
τᾶς θεῶ τὸ ἱμάτιον τὸ] πελλόν, τὸ
ἔλαβεν ὁ δεῖνα καὶ ο]ὐκ ἀποδίδωτι καὶ
ἀρνεῖται κ]αὶ χρῆται καὶ ἴσατι
. . . ἐστιν, ἀνθε[ίη ταῖ] θεῶι δυωδεκάπλουν
σὺν ἡμεδίμν[ωι λιβάνωι, τῶι] πόλις νομίζει.
μὴ πρότερον δὲ τὰν ψυχὰν ἀνείη ἔχων
τὸ ἱμάτιον, ἔστε ἀνθε[ί]ηι ταῖ θεῶι.
Ἀνιαρίζει Κολλύρα ταῖς προπόλοις τᾶς θεῶ
τὼς τρῖς χρυσέως, τὼς ἔλαβε Μελίτα
καὶ οὐκ ἀποδίδωτι· ἀνθείη ταῖ θεῶι
δυωδεκάπλωας σὺν μεδίμνωι λιβάνω τ-
ῶι πόλις νομίζει. μὴ πρότερον δὲ τὰν
ψυχὰν ἀνείη, ἔστε ἀνθείη ταῖ θεῶι.
εἰ δὲ συνπίοι ἢ συμφάγοι μὴ ἰσαώσᾳ
ἀ[θ]ῷιος εἴην, ἢ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀετὸν ὑπέλθοι.

[1]) *Est elephas morbus tristi quoque nomine dirus* Serenus Sammonicus vs. 128.

[2]) *Rhein. Mus.* XLIX, 38.

[3]) Formulas devovendi Germanorum proprias collegit ac tractavit Weinhold *Die altdeutschen Verwünschungsformeln, Sitzungsber. der Berl. Akad.* 1895 p. 667 sqq. Quarum si consensum cum Graecorum et Romanorum diris cognoscere volueris, adeas imprimis quae dicuntur de vita et valetudine p. 689, de lingua p. 690, de febre p. 692 (*le febre quartan* = τεταρταῖος).

[4]) Hirschfeldii et Treuberi libris apud Iw. Muellerum I², 588 allatis addendus est Ioannes Merkel *Über die sogenannten Sepulcralmulten, Gött. Festg. für Ihering* 1893. Theod. Mommsen *Zum römischen Grabrecht, Zeitschr. d. Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch.* XVI, 1895. *Röm. Abth.* p. 203—220.

Vs. 1 suppleto Collyrae nomine restitutus videtur esse; vs. 4 ἀρνεῖται temptavi; vs. 15 ΙΣΑΩΣΑ esse in tabula videtur, quod W. Schulze ἰσαώσᾳ esse monuit: *scienti*, cf. ἴσατι vs. 4.

Maxima pars defixionum cum destinata esset, ut in terram aut aquam abdita lateret hominibus ignota, una tamen series fuit, quam luci exponebant, cum aliquem commovere vellent, ut pro facinore, quod in scribentem patraverat, satisfaceret: cuius generis haec tabella fuit. Recuperare enim studet Collyra res sibi furto ablatas, quare devovet furem nomine indicatum ταῖς προπόλοις τᾶς θεῶ, quas, cum Eur. Hel. 571 nominetur νυκτίφαντος πρόπολος Ἐνοδίας anima noctu cum Hecata per aërem vagans, Rohde (Psyche p. 373) has easdem esse, quas in tabella nostra videmus commemoratas προπόλους coniecit, cui coniecturae satis speciosae adsentire tamen non possum. Nisi enim aliquod verbum consulto additur, quo alium subesse sensum videmus (ut illic νυκτίφαντος), πρόπολος vulgari sensu accipiendus nobis est, h. e. ut aedituus vel sacerdos dei officia ministrans. Atque hoc quidem loco aedituas invocari certum mihi est, quoniam Collyra duos inimicos devovet nominatim, quae furtum aliquod fecerunt, quod nisi reddunt, poenam ab ipsa urbe statutam exsolvere coguntur. Res igitur ita se habet, ut causa agatur iudiciaria inter Collyram, quae accusat, et Melittam (ut eo nomine, quod solum servatum est, utar), quae accusatur, sed e Bruttiorum more non apud iudices, verum apud ipsam deam, quae utrum Hecata fuerit necne, diiudicare iam non possumus: si furti convincitur Melitta, poena ei ab urbe statuta est, quae deae donetur: sed quis est, qui hanc poenam exigat, si forte eam solvere rea nolit? non iam dubito, quin hoc aedituarum munus fuerit, et quin eam ob rem fures devoti fuerint ταῖς προπόλοις τᾶς θεῶ. Sed obiciat mihi fortasse quispiam, in nulla alia devotione defigi sceleratum vivis hominibus, semper vero inferorum nominibus: quod concedo, sed in nulla alia tabula simili modo agitur de poena certis nummis et certo pondere turis solvenda. Deorum vero ministri praeter hunc locum auxilio vocantur in devotione Delia (*Bull. de corr. Hell.* VI, 501): μὴ ἐκφύγοι τὸ κράτος τῆς θεᾶς, ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι πάντας τοὺς θεραπευτὰς βλασφημεῖν αὐτὴν καθ᾽ ἱεράν.

Novum praeterea illud quoque est, quod accedit vs. 15. 16: εἰ δὲ συμπίοι ἢ συμφάγοι ἢ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀετὸν ὑπέλθοι — sic in ordinem redigenda sunt verba — ἀθῷος εἴην. Cum enim facili casu fieri posset, ut et is ipse, qui devotionem conceperat, congrederetur cum illo, in quem diras direxerat, vis defixionis contactu illo ipsum quoque attingere debebat, quare clausula quadam cavebat, ne id fieret: communis tecti et mensae contagium a se avertunt, ne poenarum eius participes evadant. Cuius opinionis, quae etiam de communi itinere maritimo cavebat, multa veterum sunt testimonia; nonnulla addere iuvat: Aesch. Sept. 585 ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. Eur. fragm. 852 *N*²: μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης θεοῖς μήτ᾽ ἐν θαλάσσῃ κοινόπλουν στέλλοι σκάφος. Callim. hymn. in Cer. 117: μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος ὅς τοι ἀπεχθὴς εἴη μήδ᾽ ὁμότοιχος, e quibus pendet Hor. carm. III, 2, 26: *vetabo, qui Cereris sacrum volgarit arcanae sub isdem sit trabibus fragilemve mecum solvat phaselon: saepe Diespiter neglectus incesto addidit integrum.*

Sed iam ad Cnidias nos convertamus tabulas, quarum iam saepius mentionem fecimus. Tabellae sunt plumbeae, scriptae secundo vel primo a. Chr. n. saeculo, repertae Cnidi ad templum Cereris. Edidit eas primus Newton *A history of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae*, London 1863, vol. II part. II p. 719 sqq: saepius deinde tractatae sunt hae tabellae, ut a Wachsmuthio (*Rhein. Mus.* XVIII, 570 sqq.), et nuper a Bechtelio (*Dialektinschriften* III, 3536 sqq.), qui tabellas ipsas, quae in Museo Britannico adservantur, per Caecilium Smith adeundas curavit, nonnulla aut e sua aut e Blassii coniectura emendavit.

Newton p. 719 n. 81 (tab. IV); Bechtel 3536; Kuhnert *Feuerzauber* (*Rhein. Mus.* XLIX, 39).

a

Ἀνιεροῖ Ἀντιγό-
νη Δάματρι Κού-
ραι Πλούτωνι θε-
οῖς τοῖς παρὰ Δά-
ματρι ἅπασι καὶ
πάσαις· εἰ μὲν ἐ-
γὼ φάρμακον Ἀ-
σκλ[α]πιάδαι ἢ ἔ-
δ[ωκ]α ἢ ἐνεθυ-
μήθ[η]ν κατὰ ψ-
υ]χὴν κακόν τι
αὐτῷ ποῖσαι, ἢ ἐ-
κάλεσα γυναῖκ-
α ἐπὶ τὸ ἱερὸν
τρία ἡμιμναῖ-
α διδοῦσα ἵνα
⟨ι⟩ αὐτὸν ἐκ τῶν
ζώντων ἄρῃ·
ἀναβαῖ Ἀντιγό-
νη πὰ Δάμα-
τρα πεπρημέ-
να ἐξομολο(γο)ῦσ[α
καὶ μ[ὴ] γένοιτο
εὐειλάτ[ου] τυ-
χεῖν Δάματρο[ς
ἀλλὰ μεγάλα-
ς βασάνους βασ-
ανιζουένα. εἰ δ᾽ εἶ-
πέ] τις κατ᾽ ἐμοῦ π-
ρὸς Ἀσκλαπι(ά)δα εἰ κ-
ατ᾽ ἐμοῦ καὶ παριστ-
άνετα[ι] γυναῖκα
χαλκοῦς ΔΟCΑ
ΙΑΝΑCΜΟΥΙΑ
. . . .

b

In parte posteriore evanuerunt vs. 1—22.

ἐμοὶ δ᾽ ὅσια καὶ
εἰς βαλανέον
καὶ ὑπὸ ταὐτὸ
στέγος εἰσελ-
θεῖν καὶ ἐπὶ τὰ-
ν αὐτὰν τρ(ά)π-
εζαν.

Newton p. 732 n. 82 (tab. V); Bechtel 3537.

a

Ἀνιεροῖ Ἀρτε-
μεὶς Δάματρι
Κούρα[ι θεο]ῖς πα-
ρὰ Δάματρι πᾶ-
σι ὅστις τὰ ὑπ᾽ ἐμοῦ
καταλιφθέντα ἱ-
μάτια καὶ ἔνδυ-
μα καὶ ἀνάκω[λ-
ον, ἐμοῦ ἀπαιτ[ησά-
σας οὐκ ἀπέδ[ωκέ
μοι· ἀνενέγκα[ι
αὐτὸς παρὰ Δ[ά-
μ]ατρα καὶ εἴ τι[ς
ἄλλος] τἀμὰ ἔχ[ει
πεπρη]μένος ἐξ-
αγορεύ]ων· ἐμο[ὶ
δὲ ὅσια κ]αὶ ἐλεύ[θ-
[ερα . . . .].

b

καὶ συμπιεῖν καὶ
συμφαγεῖν καὶ
ἐπ[ὶ τὸ α]ὐτὸ στέ-
γος ἐ[λθ]εῖν· ἀδί-
κημαι γὰρ Δέσπο[ι-
να Δάματερ
. . . .

cetera desunt.

Newton p. 734 n. 83 et 84 (tab. VI); Bechtel 3538. 3539.

a (n. 83)

Ἀνιεροῖ Νάνας . ΙΠΙ . . . . ΟΝ
. Λ . . . .
ἀνιεροῖ Νάνας Δάματρι καὶ Κό-
ραι καὶ θεοῖς τοῖς παρὰ Δάμα-
τρι καὶ Κούραι τοὺς λαβόντας
παρὰ Διοκλεῦς παραθή[καν
καὶ μὴ ἀποδιδόντας ἀλ[λ'] ἀ-
ποστεροῦντας· ἀποδοῦσι
μὲν αὐτοῖς ὅσ[ι]α ἦ, μὴ αποδοῦ-
σι δὲ ἀν[όσια], καὶ ἀνενέγκ[αι-
εν αὐτοὶ Δά]ματρι καὶ Κο[ύραι
καὶ παρὰ] τοὺς παρὰ Δάμα-
τρι καὶ Κ[ούραι κολαζόμενοι
ὅτι ἀλ]λότρια ἀπο[σ]τε-
ροῦντι . .] ΟΙΛΛΝ . . . .
. . . . . ΟΓ . . . . . .

b (n. 84)

Ἀνιερ[οῖ Νάνας Δ]άματρι καὶ Κούρ[αι καὶ
θεοῖς τοῖς παρὰ Δάματρι καὶ Κού-
ραι Ἐμφάνη καὶ Ῥοδώ, ὅτι λαβόν-
τες παραθήκαν παρὰ Διοκλε[ῦς
οὐκ ἀποδίδοντι, ἀλλ' ἀπο-
στερ]οῦν[τ]ι, (ἐ)μοὶ μὲν ὅσια, τοῖς
δὲ μὴ ἀποδο[ῦ]σι ἀνόσια. ἀλ-
λ' εἴ τι προσκαταλαλοῦντι.

Newton p. 735 n. 85 (tab. VII); Bechtel 3540.

Ἀνα]τίθημι Δάματρι καὶ Κούραι τὸν κατ' ἐμο[ῦ . . . . . .
ε]ἴπ[α]ντα, ὅτι ἐγὼ τῶι ἐμῶι ἀνδ[ρὶ φ]άρμακα ποιῶ· ἀνα[βαῖ
παρὰ Δάματρα πεπρημένος μετὰ τῶν αὐτοῦ [ἰδίων]
πάντων ἐξαγορεύων καὶ μὴ τύχῃ εὐιλάτου [μήτε Δ-
άματρος καὶ Κούρας μηδὲ τῶν θεῶν τῶν παρὰ Δά[μα-
τρος· ἐμοὶ δὲ ἦ⟨η⟩ ὅσια καὶ ἐλεύθερα ὁμοστεγησάσῃ ἢ ὧι πο[τε
τρόπωι ἐπ[ι]πλεκομένηι· ἀνατίθημι δὲ καὶ τὸν κατ' [ἐμοῦ
γράψαντα ἢ καὶ ἐπιτάξαντα· μὴ τύχοι Δάματρος καὶ
Κ]όρας μηδὲ θεῶν τῶν παρὰ Δάματρος εὐιλάτων, ἀλλ' ἀ[ν-
α(β)αῖ μετὰ τῶν ἰδίων πάντων παρὰ [Δ]άματρα πεπρημένος.

Newton p. 736 n. 86 (tab. VIII); Bechtel 3541.

Ἀνατίθη]τι Ἀ[γ]εμόν[η] τὴν σπατάλην ἣν ἀπώλεσ[α ἐν
τοῖς κήπ]οις τοῖς Ῥοδοκλεῦς [Δ]άματρι καὶ Κούραι καὶ θεοῖς [π]ᾶ[σ]ι
καὶ πά]σαι[ς]· ἀποδόντι μὲν [ὅ]σια καὶ ἐλεύθερα (καὶ) κομισαμένοις τ[ὸ
κόμισ]τρον [κ]αὶ ἐμοὶ τῆι κομιζομένηι καὶ τῶι ἀποδιδόντι· [μ-
ὴ ἀπ]οδιδόντι δὲ Δάματρος καὶ Κούρας καὶ θεῶν τῶν π-
αρὰ Δ]άματρι καὶ Κούραι πάντων καὶ πασᾶν, καὶ εἴπου πρ-
α]θῆι ἐνθύμιον ἔστω Δάματρος καὶ Κούρας· ἀνατίθημι δὲ κ[αὶ
εἴ τ]ωι πλέον ἐξέτεισα παρὰ τὸν σταθμὸν τὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐξητ[η-
μένον Δάματρι καὶ Κούραι· Δέσποινα, ἐμοὶ δὲ
ὅσια.

Ἀνατίθημι Δάματρι καὶ Κούραι τὸν τὴ-
ν οἰκίαν μου ἀκατά[σ]τατον ποιοῦ(ν)τα καὶ αὐτὸ[ν
ΚΑ . ΥΝ καὶ τὰ ἐ(κ)είν[ο]υ πάντα· ἐμοὶ δὲ
ὅ]σια καὶ ἐ[λεύθερ]α . . [πά]ντως.

Vs. 2 κήπ]οις supplevi; vs. 11 sqq. postea videntur additi; vs. 13 κα[ὶ γ]υν(αῖκα)?

Newton p. 739 n. 87 (tab. IX); Bechtel 3542.

Ἀνιεροῖ Προσόδιο]ν Δάματρι καὶ Κόραι
καὶ τοῖς θεοῖς το]ῖς παρὰ Δάματρι· τίς τὸν Προσο-
δίου ἄνδρα ⟨τὸ]ν Προσοδίου ἄνδρα⟩ περιαιρῖται
Νάκωνα πα]ρὰ τῶν παιδίων· μὴ τύχοι εὐιλά-
του] μὴ Δάμα⟨μα⟩τρος μὴ θεῶν τῶν παρὰ Δάματρι
εἰ τοὺς π]αρὰ Νάκωνος ὑποδέχεται ἐπὶ πονηρίαι ταῖ
Προσοδ]ίου· Προσοδί(ω)ι δὲ ὅσια καὶ αὐτᾶι καὶ τοῖς παιδίοις
κατὰ πᾶ]ν μέρος· καὶ τίς ἄλ(λ)α Νάκωνα τὸν Προσοδίου
ἄνδρα] ὑποδέχεται ἐπὶ πονηρίαι ταῖ Προσοδίου,
μὴ τύχοι εὐιλάτου μὴ Δάματρος μὴ θεῶν [τῶν
πὰ Δάματρι· Προσοδί(ω)ι δὲ ὅσια
καὶ τοῖς τέκνοις
κατὰ πᾶν μέρος.

Newton p. 740 n. 88 et 89 (tab. X); Bechtel 3543. 3544.

a (n. 88)

. . . .
Δά]ματρι καὶ Κούραι ΤΟ . .
τὸ ἱμάτιον ὃ ἀπώλεσεν καὶ εἴ κα μὲν ἀποδῶι εὐίλα-
τα αὐτῶι εἶ· εἰ δέ κα μὴ ἀπ[ο]δῶι·
ἀνενέγκαι αὐτὸς π[α] Δάματ[ρα] καὶ
⟨καὶ⟩ Κούραν πεπρημέν[ο]ς καὶ μ[ὴ τ]ύχ[οι εὐιλ]άτω[ν
ἄχρις [κα ἀποδῶι . . . .]

b (n. 89)

τὸ ἱμ]άτιον ὃ ἀπώ[λεσεν καὶ εἴ κα
ἀ]ποδ(ῶ)ι ὅσια· εἴ κα δὲ μὴ ἀποδ(ῶ)ι ἀν[όσια
(κα)ὶ αὐτῶι καὶ τοῖς αὐτο[ῦ] πᾶ[σι
καὶ [ἀ]νενέγκαι πεπρημ[έ]νος
ἐπὶ Δ[άμ]ατρα καὶ Κούρα[ν] κα[ὶ
μὴ εὐι[λά]του αὐτᾶς τύχοι.

Newton p. 741 n. 90 (tab. XI).

a

[Ἀνατίθημι Δάματρι]
[καὶ Κούραι καὶ θεοῖς]
το]ῖς παρὰ [Δά]μ[ατρι πᾶ-
σι καὶ πά[σα]ις Τελεσία[ν κα-
ὶ Φιλοσθένη ὅττις . . . .
να ἐπ' ἀγαπ . . . .
ἀτίμως εἴ κα ὅτι Τρόφ-
ιμ]ο⟨ν⟩ς Τρο[φ]ίμο[υ] ἐν-
ΗΝ . ΙΟCΛΑΙ ὅτι ἐπα-
. . . . . Τρόφιμ[ο]ν ἐμοὶ
. . . . . ΟΤΟ καὶ ἄλλαι
. . . . ἐκ Διὸς τεμε-
ΑCΡΙΛΤΤΙ . Τελεσ[ία
. . . κ]αὶ ὁ μὲν ΛΕΙ . . .
. . . . . ΤΩ ἐπὶ τὰν
. . ΤΑΝ τελεία[ν] ΦΑ
. . . . ΕΦΗΡΩΗ
. . . . . . ἅμα καὶ
. . . . . . ἀνόσια
γέ]νοιτο, ἐμοὶ δὲ
ὅσια . . . . ἐ]πὶ τὰ ΜΕ
. . πεπρη]μένα ἐξα-
γορεύ]ῃ κα[ὶ . . . .
. . ΝΟCΑ . . . .
. . ΑΜΙΡ . . . .
. . ΛΕΛ . . . . .
. . Λ . . . .

b

Ἐμο(ὶ) δὲ ὅσ(ι)α γέ-
νοιτο πάντ[ως
καὶ λαβεῖν [καὶ
δουναι ἢ [καὶ ἐπὶ τὸ
αὐτὸ [στέγος ἐλθεῖν
καὶ ἐπὶ [τὰν αὐτὰν
τράπεζ[αν
ἐμοί [τε καὶ
τοῖς ἐ]μοῖς π[ᾶσι.

Newton p. 742 n. 91 (tab. XII). Inde a vs. 13 *μὴ τύχοι* Bechtel 3545 usque ad vs. 20.

. . . . φαρμ]άκου . . . .
. . . . ποεῖ . . . .
. . . . ἀ]π᾽ ἐμοῦ καὶ[ι . . .
. . . . κ]αὶ Μυροίδου . . .
. . . . παιδίοις Α . . .
. . . . Ρ ταῦτα ἀδικ . . . .
. . . . γ]ένοιτο ἀλλ[ὰ . . . .
. . . . ἐ]π᾽ αὐτὰν Η . . . . .
. . . . ἱματίου τὸ ΙΕΜ . . .
. . . . σει τιμωρηθῆν[αι . . .
. . . . Τ . . . . Ι κύριοι μὴ τύχοι ε[ὐιλά-
των] . . ΤΥ . . ΡΑΙ [δ]ὲ ἱμάτιον ΑΤΙΝ
. . . . . . ΤΑ μὴ καθαίρουσ⟨σ⟩α μη[δὲ
τύχοι εὐι]λάτων εἴ τι ἢ ἐμοὶ πεποίκει φάρ[μα-
κον] ἢ ποτὸν ἢ κατάχριστον ἢ ἐπακτὸν
ἤ τινι] ἡμῶν Δέσποινα καὶ μὴ Μ . . . .
. . . . π]ρὸς ἐμὲ [μ]ηδὲ ἔλθο[ι ε]ἰς τὸ αὐτὸ
στέγος ἀλλὰ] τιμ[ω]ρίας τύχοι· ἐμοὶ δ[ὲ ὅσια
. . . . ΙΠΙΑΔΕΠ . . ἐγὼ Δέσπ[οινα . . . .
ὑ]π᾽ ὑμῶν ἀδικοῦμαι . Π . .
. . . . δὲ ἐμὲ ἐπιλυπῆσαι Α . Λ .
πᾶσαν κόλασιν, ἐμοὶ [δὲ
ὅσια καὶ] συνεσθίοντι καὶ ἐπὶ τὸ αὐτ[ὸ
στέγος εἴ κ᾽] αὐτὰ παραεσέλθοι ταύτ[αι.

Newton p. 743 n. 92 (tab. XIII); Bechtel 3546 (inde a vs. 5).

. . . .
. . . . ΙCΤΑΝΠΕ . Ι . . . . .
τοῦ παιδίου τοῦ Ι . . . . . . [κ
λέας εἴτε περὶ C . .
εἴτε ἔργων ΜΝΑΓ . . .
κὲ ἀνενίνκαι Δάμ[ατρι
κὲ [Κ]ούραι καὶ θεοῖς [τοῖς
παρ]ὰ Δάματρι π[ᾶσι καὶ
πάσαις] ἐμὶν δὲ [ὅσ]ια καὶ
ἐλεύθερα καὶ συμ]πιεῖν καὶ
συμφαγεῖν] καὶ ἐπὶ τὸ
α]ὐτ[ὸ] στέγος ἐλθεῖν ΟΥ
. ΑΡ . ΙΛΙ . . [α]ὐτ(ὸ)ν ἔχον-
τα.

Vs. 7 *Δάματρι π[επρημ|ένος]* Bechtel.

Newton p. 743 n. 93 (tab. XIV); Bechtel 3547.

Δάμ]ατρι καὶ Κούραι καὶ τοῖ[ς
ἄλ]λοις θεοῖς πᾶσι ἀνατί[θ-
ημι] Δωροθέαν τίς τὸν ἐ[μ-
ὸν ἄνδρα εἶχε.
Μὴ . . . .
. . . .

Newton p. 744 n. 93*a* (tab. XIV).

. . . . . καὶ ΕC . . . . . .
. . . ἔλ]αβε τὸν . . . . . .
. . . ΤΑΚΟΤΑΕΝΤ . .
. . . .
λε]πίδα ἀπ[ο]δόντι μὲ[ν ὅσι-
α ἦ, μὴ] ἀποδόντι δὲ ἀνό[σια.

Newton p. 744 n. 94 (tab. XIV).

Ἀνιεροῖ Δάμα[τρι καὶ Κούραι καὶ θεοῖς παρὰ
Δά]ματρι ἀπολέσ[αντα . . . .
κέρατα· τῶι Α . . . .
. Α τῶι δὲ λα[βόντι . . . .
. . . . . καὶ Δ . . . .
. . Δά]ματρος Ε . . . .
. . . . ΚΑΤΙΝΑΥ . . . . . .
. . . .

In parte posteriore legitur ΑΡΑΔΗ.

Newton p. 745 n. 95 (tab. XV); Bechtel 3548; Dittenberger Syll. 432; Reinach *Traité* p. 151.

Ἀνατίθημι] Δάματ[ρι
καὶ Κού]ραι καὶ θεοῖς τοῖ[ς
παρὰ Δά]ματρι τοὺς ἐπ᾽ ἐμὲ ἐλ.[θόν-
τ]ας καὶ μαστιγώσαντ[ας
καὶ δήσαντας καὶ το[ὺς
καλέσαντας μὴ ἐξ[αφεθ-
εῖ]εν· [ἐμο]ὶ δὲ καθαρόν.

Quae tabellae ad unam omnes eiusdem generis sunt, cuius lammina illa Bruttia: in agro Cereris sacro adfigebantur muris aut monumentorum substructionibus, ut hominem, qui scriptori male fecerat, cogerent ad reparandam iniuriam. Convertuntur autem hae dirae in fures calumniatores deposita negantes veneficos sicarios mercatores qui falso pondere vendunt similes. Semel etiam (n. 83. 84) duos devotionis gradus discernere possumus: priore indicabatur facinus, nomina non deferebantur; quod cum nihil profuisset, repetebatur defixio addito nomine. Interdum fortasse a quo violati essent ipsi nesciebant: tum iram deorum qui omnia vident audiuntque his tabellis in eum qui re vera facinus patraverat conversum iri pro certo habebant. Nonnumquam etiam res quas desiderabant non dolo ablatae sed incuria possessorum deperditae erant (n. 86): tum quoque tabellae nostrae adhibebantur in eos, qui rem inventam retinerent, tumque eodem munere fungebantur lamminae quo hodiernae ephemerides.

Deorum qui invocantur eadem ubique fere occurrit series, cuius primas partes agit Ceres[1]), quam deam et ipsam *χθονίαν* fuisse demonstratur eo, quod iungitur cum Proserpina et Plutone. Sepulcra in eius tutela fuisse apparet e lammina illa Cretensi et titulis sepulcralibus, de quibus supra diximus; ut animarum in Orco conversantium regina appellatur *Δέσποινα* (n. 82. 86. 91): hominibus, qui scelus aliquod patrassent, ignem internum mitti ab illa putabant Cnidii, quo nefarii cogerentur, ut facinus suum confiterentur — *πεπρημένη ἐξομολογοῦσα*[2]) —, qui ignis hominem tamquam febris consumens ab inferorum numinibus, qualis Ceres fuit apud Cnidios, facillime mitti potuit; quo si efficere volebant, ut homo sceleratus se ipse argueret sceleris, forte ad id pertinebat, quod *Δημήτηρ θεσμοφόρος* recentiore aetate custos legum et ultrix scelerum, imprimis periurii commissi, facta est (conferas Cererem ultricem apud Oscos Zvetajeff n. 50): quae cum sceleratum cogeret, ut commissa facinora profiteretur, munere suo fungebatur. Huc proverbium quoque quoddam Alexandrinorum referendum est, de quo nuperrime egit Crusius[3]), *γράψαις πρὸς τὴν Ἄρτεμιν*, quod ita explicatur: *τέμενος ἦν Ἀρτέμιδος . . . εἰς ἣν εἰσιόντες οἱ κατάκριτοι αὐτοὶ καθ᾽ ἑαυτῶν τὴν καταδίκης αἰτίαν ἔγραψαν*, ubi suo iure de defixionibus agi negavit Crusius: sed dignum est commemoratu, etiam hic homines sceleratos ad deam Cereris similem (*ἐποίησε γὰρ [Αἰσχύλος] Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος* Herodotus Aegyptiorum religionem tractans narrat II, 156) *ἀναβαίνειν ἐξομολογουμένους*, ut se ipsa indicat Artemis primo titulo Cnidio; qualis autem interior fuerit conexus inter Cnidiorum Cererem et Alexandrinorum Dianam, utramque, ut ita dicam, deam a confessionibus scelerum, nondum liquet.

Praeter Cererem et Proserpinam invocari solet Pluto: *Δάματρι Κούραι Πλούτωνι θεοῖς τοῖς παρὰ Δάματρι ἅπασι καὶ πάσαις*, Pluto inferorum rex, Proserpinae maritus[4]). Inter reliquos illos deos fuisse Mercurium novimus e titulo marmoreo Newton II, 714: *Σώστρατος Λαχάρτου Δάματρι Κούραι Πλούτωνι Ἐπιμάχῳ Ἑρμῇ*. Optatur autem, ne haec numina adversario propitia sint, *μὴ τύχοι εὐιλάτου Δήμητρος*, ut Demosth. XXV, 53:

---

[1]) De Cerere Cnidia cf. L. Bloch apud Roscherum s. v. Kora 1305, de Thesmophoro 1330.

[2]) Kuhnert *Feuerzauber* p. 39.

[3]) Ad Plutarchi de proverbiis Alexandrinorum libellum commentarius. *Doctorenverzeichniss von Tübingen* 1895 p. 44.

[4]) Drexler apud Roscherum s. v. Hades p. 1793.

εἶθ᾽ ὃν οὐδὲ τῶν ἐν Ἅιδου θεῶν εἰκός ἐστι τυχεῖν ἵλεων, immo magna tormenta immittant (μεγάλας βασάνους βασανιζομένα n. 81), dum ipse ad Cererem ascendens scelus suum profiteatur, interno igne vexatus (πεπρημένος ἀναβαῖ). Nec desunt formulae, quibus cavent, ne illa tormenta in ipsas quae scribunt recidant (n. 81*b*. 82*b*. al.): ipsas dixi, non ipsos, quia ad unam omnes dirae sunt mulierum.

Eiusdem aetatis cuius Cnidiae duae aliae videntur esse tabellae plumbeae in Phrygia repertae, quas Legrand et Chamonard ediderunt *Bull. de corr. Hell.* XVII p. 250 sq. Inveniebantur in urna funeraria hominis cineribus impositae; duobus anulis inter se erant conexae. Scripta autem in iis haec erant litteris a dextra incipientibus:

a

Γράφω πά[ντα-
ς τοὺς ἐμοὶ
ἀντία ποιοῦν-
τας μετὰ τῶν
(ἀ)ώρων.
Ἐπάγαθον
Σαβῖναν
Εὐτέρπην
Τέρεντον
Ἀντίοχον
Τέρτιον
Ἀμμάλιον
Ἀπολλώνιον
τὸν Ἀμμαλίου
τὸν Νόσσον
Ὀνήσιμον τὸν
ἀντίον ΑΝΙΝΙ
ΑCΙ

b

Ῥούσων[α
Φιλημάτιον
Β]άκχαν
Χελιδόνα.

Devoventur inimici, quorum nomina Romanorum tempora ostendunt, μετὰ τῶν ἀώρων h. e. daemonibus illis, qui iam semel nobis occurrerunt, quorumque exempla iterum redibunt, quare hoc loco de iis agere supersedeo. Omnino autem his tabellis desunt veterum dii deaeque, temporibus enim procedentibus rariora fiunt graecorum numina invocata: novi surgunt dii ex Aegyptiorum Iudaeorum Christianorum doctrinis petiti, praevalent daemones boni malique; incipiunt denique deorum omnium commixtiones et confusiones. At cum huius religionis, si hac voce uti licet, formas melius uno conspectu considerare possimus, primum, si placet reliquas Graecorum tabellas enumeremus, deinde continuo addamus commentario, quaecumque dicenda erunt.

Inter has tabellas duae adhuc sunt ineditae, quae a Berolinensi possidentur museo, Megaris repertae, saeculi p. Chr. n. primi vel secundi, quarum alteram cm. 10·15, ut litterarum formas noscas et fortasse plura restituas quam ego, dabo in autotypo.


[*Textum vide in latere altero.*]

a


ΖΩΑΦΕΡ τὸν θαλαστόσημον CЄΚ
ΝΤΗΑΠΑΦΟΝΟΧΑΙ παιδικὸν Πανα-
ίτι]ον ἐγναμμένον ΚЄΧΑΙΑΝΜ
.. κα]ταγράφομεν τοὺς ЄΚΑΙΠΗΝ
.... ЄΙτους αὐτὰ καὶ ἀναθεματίζ-
ομ]εν αὐτούς· Ἀλθαία Κόρη ὀρεο[β-
αζ]αγρα Ἑκάτη ἀκρουροβόρη Σελή-
νη .]ΙΘΙΒΙ.ΟΜΗ· τούτους ἀναθεμα-
τί]ζομεν· σῶμα πνεῦμα ψ[υ]χὴν
δι]άνοιαν φρόνησιν αἴσθησιν ζοὴν
καρδ]ίαν λόγοις Ἑκατικίοις ὁρκίσμ[α-
σί] τε ἁβραικοῖς ..... (δίκαι?) Τ
... ους Γῆ Ἑκάτη ... ους
κ]ελευόμενοι ὑπὸ τῶν ἱερῶν ὀνομ-
ά]των ἁβραικῶν τε ὁρκισμάτων·
τρίχας κεφαλὴν ἐνκέφαλον πρ[όσ-
ω]πον ἀκοὰς ὀφρ[ῦς] μυκτῆρας ΟΙ
.... ΠΡΟ. σιαγόνας ὀδόντα[ς
.... ψυχὴν στοναχεῖν ὑγεία[ν
.... τον αἷμα σάρκας κατακάει[ν
στον]αχεῖ ὃ πάσχοι καὶ

Fragm. I

ΚΑ | Ḥ | ΖΩ



b



b

᾿Επιορκίζω .... καὶ τὴν [τ-
ριώνυ[μο]ν σε[λήνην ...] καὶ α...
CAI νύκτιον μέσον ὅταν τὸν [...σ-
τρέφῃς καὶ τὰ Θειάων περιπ....
ν οὐρανοδρόμε καρτερόχ[ειρ
Θεωρητὲ κυανόπεπλε κα....
.ΟΠΕΤ.. κατὰ γῆν καὶ κατὰ [θά-
λασ(σ)αν ἢ εἰνοδ[ία?] ΕΝΩΝΠ ἀναθεματί-
(ζ)ομεν τούτο[υς] τοὺς κατὰ Ι.....
. του Α..ΚΗΚΟV.. ΦΑΝΙ. [κα-
τα]γρά[φο]μεν [εἰς] κολάσε[ις ...
καὶ [ποι]νὴν καὶ [τι]μ[ω](ρ)ί[αν
ες
παρὰ .... περὶ τῶν Π....
.... ΕΧΑ
τὸ σῶμα.
᾿Ανέθεμα.

Fragm. I

...ΜΕ
...ΤΟΝΟΠ
...Α

Altera illa tabula, quae Megaris reperta Berolini servatur, e viginti fere constat fragmentis, quorum sex ita componere potui, ut tabella evaderet opisthographa cm. 9·6, accedunt tria fragmenta, quorum scriptura legi potuit. Litterae eiusdem aetatis sunt cuius tabellae praecedentis illarumque adeo similes, ut ab eodem homine utramque scriptam esse conicere possis, quare eam hoc loco addidi, quamvis deorum vel daemonum imprecatio omnino desit.

a

....
ΝΤΑΤΑΧΑΛΚ........
Ị ΤΑΝΕΙCΕΝΕΧVΡΑ.....
ΟΝΤΑΤΑΕΙΚΟCΙΔΗΝΑ...
..ΠΟΝΤΑΕΠΕΙΟΚΟ....
..ΕΛΑΒΟΝΚΑΙΕΙΠΟΝ.....
Ọ ΡΩΠΟΝΕΙCΤΗΝΕΙΧΘVΩ....
.ΟΝΕΔΩΚΑΟΙΕΙCΤΟΝΠ....
ΑΤΩΝΛΟΓΟΝΔΗΝΑΡΙ.....
..ΝΤΗ.....ΝΚΑΔΟΝ...
...........ΛΚΟΝΠΟ...
....

[................ λαβό-]
ντα τὰ χαλκ[ία καὶ εἰς τοὺς πρ-
(υ)τάνεις ἐνεχυρά[σαντα ὅτι ἔλα-
βον τὰ εἴκοσι δηνά[ρια καὶ
εἰ]πόντα ἐπεὶ ὁ Κο...
.. ἔλαβον καὶ εἶπον [ὅτι εἰς
(᾿Ω)ρωπὸν εἰς τὴν εἰχθύω[ν ...
.ΟΝ ἔδωκα οἱ εἰς τὸν π[ραγμ-
άτων λόγον δηνάρι[α ....
..ΝΤΗ.....Ν κάδον ...
.... χα]λκὸν ΠΟ..
....

Fragm. I

.Α..
.ΑΛ.

Fragm. II

..ΝΙΟ	..ΝΙΟ
..ΩΛΙΝ	. π]ῶλιν
..ΑΛΚΩ	. χ]αλκῷ
..ΩΕ	..ΩΕ

Fragm. III

.ΑΙ..
..Ν..
..Η..

b

.........ΛΛΛ........
....ΙΘΟCΜΑCΘΟΝ....
.....ΟΝΑCΚΑΡΔΙΑΝΗΠΑΡ..
..ΙCΧΙΑΡΑΧΙΝΚΟΙΛΙΑΝ...
..ΑΙΔΟΙΟΝΜΗΡΟVCΠΡΩΚΤΟΝ
.....ΚΝΗΜΑC̣ΠΤΕΡΝΑ....
...ΟVCΑΚΡΑΠΟΔΩΝΔΑΚΤVΛΟVC
....CΚΑΙΕΙΤΙΛ.....ΤΩΝΜΕΡ.Ν
..ΤΑΙΤΟVCΩΜΑΤΟCΟΛ.ΥΤΟVC
...ΕΙỊΟΝ.........
...ΟΗ..........

.........ΛΛΛ......
....ΙΘΟC μασθὸν ....
πνεύμ]ονας καρδίαν ἧπαρ ..
.. ἰσχία ῥάχιν κοιλίαν ...
.. αἰδοῖον μηροὺς πρωκτὸν
..... κνήμας πτέρνα[ς ....
... ους ἄκρα ποδῶν δακτύλους
....ς καὶ εἴ τι λ[οιπὸν] τῶν μερ[ῶ]ν
ἔσ]ται τοῦ σώματος ὅλ[ο]υ τοὺς
...ΕΙỊΟΝ...........
...ΟΗ............

Fragm. I

...ΛΘΑ...	
...ΟΦΡ...	ὀφρ]ῦς.

Fragm. II

..ΟΝVΧ..	ὄνυχ[ας
..ΛΕΝ..	ΛΕΝ..
..ΕΡΝ..	ΕΡΝ..

Fragm. III

..ΚΑ..
..ΙΤ..
..Π..

Agi videtur in hac tabella de viginti denariorum deposito negato, devoventur adversarii singula membra inde a capite usque ad pedum digitos; fragm. II ad eos versus pertinet, quibus manus adversarii devovebantur.

E reliquis devotionibus seriorum temporum religione infectis eas iam primum addamus, quae Kaibelii Corpore inscriptionum Graecarum Siciliae et Italiae continentur, numeros dico 1047. 859. 872.

IGSI. 1047. Romae sine dubio reperta lammina ut videtur plumbea, nihil nisi in Vaticano esse notavit Visconti.

.. λέγω τῷ ἀώρῳ τῷ ΚΛ...
....ΙΝΤΙΜΗΡΗΚΑΙΠΑΡ..ΛΙ.Ω
.. ὑπ(ὸ) τοῦ ἀνόμου Τύ[φ]ων[ος·
ἐ]πιτάσσ(ε)ι σοι (ὁ) μέγας (Ὄ)σειρις (ὁ)
ἔχων?] τὴν κατεξουσίαν καὶ τ(ὸ)
βασίλει(ο)ν τῶν νερτέρων θεῶ[ν·
παράλαβε Νεικομήδην δειώκ[ων?
καθημερινὰς δὲ ἀρὰ ΓΕΓΑC
τ(ό)νδε τ(ὸ)ν ἄν(ο)μ(ο)ν καὶ ἀσε[βῆ
(ὅ)τι οὗτ(ό)ς ἐστιν (ὁ) καύσας τ(ὸ)[ν
παπυρῶνα τοῦ (᾿Ο)σείρεως κα[ὶ ὁ
φαγὼν τὰ κρέα τῶν ἰχθύων ΤΩ

παρ]άλαβ(ε) τὸν Νεικομήδην [ὅ]ν ἔτεκ-
[εν ἡ δεῖνα].

Plerumque pro ο scriptum est ω; vs. 11 ὁ addidi, cum duae deessent litterae.

IGSI. 859. Lammina plumbea apud Puteolos reperta, nunc Berolini in museo. Delineata est in parte superiore imago arae, in qua signa mystica. Saeculi secundi vel tertii p. Chr. n.

Σεωθη
Σαβαωθ
Σαβαωθ
Ἅγιον ὄν[ομ]α
Ἰάω Ἧλ Μιχαὴλ Νεφθώ
Γάϊος Στάλκιος Λειβεράριος, ὃν
ἔτεκεν Φιλίστα, γένοι-
το ἐκθρὸς Λολλίας Ῥουφείνης,
γένοιτο ἐκθρὸς Ἅπλου, γένοιτο ἐκ-
θρὸς Εὐτύχου, γένοιτο ἐκθρὸς
Κέλερος, γένοιτο ἐκθρὸς Ῥούφου,
γένοιτο ἐκθρὸς τῆς οἰκίας ὅλης
Ῥουφείνης, γένο(ι)το ἐχθρὸς Πολυβίου,
γένοιτο ἐχ(θ)ρὸς Ἀμώμιδος, γένοι-
το ἐκ[θρὸς
Θήβης . . . . .

IGSI. 872 (CIG. III, 5858*b*; Wachsmuth *Rhein. Mus.* XVIII p. 562). Lammina plumbea in sepulcro Cumano reperta.

. . . .
. . . ὀφιοφόρ⟨ι⟩ος . . . . . .
. . . .
δαίμονες καὶ πνεύματα οἱ ἐν τῷ τό-
πῳ τούτῳ θηλυκῶν καὶ ἀρρενικ[ῶν
ἐξορκίζω ὑμᾶς τὸ ἅγιον ὄνομ[α
Ερηκισθαρηδραραραχαραραηφθισ . . .
Ἰάω Ἰαβεζεβὺθ λαναβισαφλαν . .
εκτιπαμμουποφδηντιναξο . . .
ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς ἐξεγέρθητι . . .
ὁ τῶν φθιμένων βασιλεὺς ἐξα[νάστηθι
μετὰ τῶν καταχθονίων θεῶν· ταῦτα γὰρ
γείνεται διὰ Οὐαλερίαν Κοδράτιλλαν
ἣν ἔτεκεν Οὐαλερία Εὔνοια ἣν ἔσπει-
ρε Οὐαλέριος Μυστικός· ὡς [σ]αφῶς ἀγγέ[λ-
λω πᾶσι ἔχθιστα . . . . . κότος κατεπραγμ[έ]ν[α
. . . .
μεν . . διακόψ[ω . . τὴ]ν ὀργὴν τὴν
. . . . παρὰ τοῖς
. . ἐ]ν φωτὶ [φ]ίλοι[ς εἰ]ς μεῖσος εἰς χ[ό-
λον θεῶν εἰς . . . . . ἐλ[θ]έτω
ἡ Οὐαλερία Κοδράτιλλα ἣν ἔτεκεν
Οὐα]λερία Εὔνοια ἣν ἔ[σπ]ειρε Οὐαλέριος
Μυστικός· μεισε[ίτω] αὐτήν, λήθην
αὐτῆς λαβέτω Βετρούβιος
Φῆλιξ ὃν ἔτεκεν Βετρουβία Μαξίμιλ-
λα ὃ]ν ἔσπει[ρε Βετρού]βιος Εὔελπιστος
. . . . Τύφων
. . . . βάρβαρα
. . . . δότε εἰς μ[εῖ-
σος Βετρουβίῳ Φήλικι ὃν ἔ[τεκ]ε Βε-
τρουβία Μαξίμιλλα, ὃν ἔσπειρ[ε Βε]τρού-
βιος Εὔελπιστος, εἰς μεῖσος ἐλθεῖν
καὶ λήθην λαβεῖν τῶν πόθ[ω]ν
Οὐαλερία[ς] Κοδρ[α]τίλλης, ἣν ἔσ[π]ειρε
Οὐα[λέριος] Μυστικός, ἣν ἔτεκε Βαλερία
Εὔνοια καὶ ὑ]ποκατέχετε ὑμεῖς
αὐτὴν ταῖς ἐ]σχάταις τειμωρίαις
. . . . . C ὅτι πρώτη ἠθέτησ[ε
τὴν πίστιν πρὸς Φ]ήλικα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα
. . . . ΑΙΑΚΟVΑΤΕΙ . . .
. . . .

Vs. 3 ὀφιοφόρος cf. Maass Orpheus p. 149 n. 40; vs. 4 ἐν τῷ [τό- Kaibel, sed ЄΝΤΟ tabella, quibus litteris suprascriptum est ΤѠ; vs. 7 sqq. Wessely Ephesia grammata 122; vs. 15 ταφως tab.; vs. 40 πίστιν sive φιλίαν Kaibel; vs. 41 κ]αὶ ἀκού[σ]ατε vel simile quid Kaibel.

Tabellam plumbeam Alexandriae repertam, quam olim edidit Lenormant (*Rhein. Mus.* IX, 370), deinde commentatus est Wachsmuth (*Rhein. Mus.* XVIII, 563), nuper ipse Parisiis in bibliotheca Nationali adii, ubi ut eam describerem, benigne mihi concessum est. Apographum meum dignum esse quo uterentur, iudicarunt viri doctissimi Babelon et Blanchet (*Catalogue des bronzes antiques de la bibliothèque nationale*, Paris 1895 p. 700): qui cum titulum maioribus quoque excuserint litteris, satis habebo, dum minoribus eum mando:

(Ε)[ρηκ]ισιθφηαμραχαραραηφθισικηρ(ε) λ . . σεω παράλαβε Ἀννια[νὸν
Ἑρ]μῆ χθόνιε Ἀρχεδαμα φωχενσεψευσαρερταθουμισον κα[ὶ κτ
κ[αὶ] Πλούτων Υεσεμμιγαδων μααρχαμα καὶ Κόρη Ἐρεσχιγαλ [ζα
βαρβ]αθουχ καὶ Φερσεφόνη [Ζα]υδαχθουμαρ· ὁρκίζω σε κ[α-
τὰ] τοῦ ὀνόματος τῆς Γῆ[ς] Κευημοριμωριθαρχωθ κα[ὶ
Ἑρ]μῆ χθόνιε Ἀρχεδαμα [φ]ωχενσεψευσαρερταθουμισον
καὶ κτ. καὶ Πλούτων Υεσε[μμι]γαδων μααρχαμα καὶ Κόρη
Ἐρεσχιγαλ ζαβαρβαθουχ [κ]αὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμαρ·
ἐπιλάθοιτο Ἀννιανὸς τῆς ἰδίας μνήμης καὶ (Ἰ)ωνικοῦ μό-
ν]ου μνημονευέτω· ἐπ[ι]καλοῦμαί σε τὴν πάντων ἀνθρώ-
πων δυνάστειραν παμ[φόρ]βα ῥηξίχθων ἡ καὶ ἀνενεγ-
καμένη τὰ τοῦ Μελιούχου μέλη καὶ αὐτὸν τὸν Με-
λιοῦχον Ἐρεσχιγαλ νεβουτοσαληθ ἐρεβεννὴ
ἄρκυια νέκυι' Ἑκάτη Ἑκάτη ἀληθη ἔλθετε καὶ τε-
λειώσατέ μοι τὴν πραγματείαν ταύτην, Ἑρμῆ χθό-
νιε Ἀρχεδαμα φωχεν [σ]εψευσαρερταθουμισον καὶ κτ.
καὶ Πλούτων Υεσεμμιγ[α]δων μααρχαμα καὶ Κόρη
Ἐρεσχιγαλ ζαβαρβαθου[χ] καὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθου-
μαρ καὶ δαίμονες οἱ ἐν [τ]ούτῳ τῷ τόπῳ ἐστὲ συν-
έχετέ μοι τῷ (Ἰ)ωνι[κ]ῷ Ἀννιανοῦ τὴν ἰσχὺν
⟨τὴν ἰσχὺν⟩ τὴν δύναμιν ἵνα συλλάβηστε αὐ-
τὸν καὶ παράδοιτε ἀώροις ἵνα κατατήξητε αὐ-
τοῦ τὰς σάρκες τὰ νεῦρα τὰ μέλη τὴν ψυχήν, ἵνα
μὴ δυνηθῇ (Ἰ)ωνικῷ ἀντίος ἐλθεῖν μηδὲ κατ' ἐμοῦ
ἀκοῦσαί τι κακὸν μηδὲ βλέψαι· ἔτι δὲ ὑποπε-
π]τωκώς μου ὑπὸ τοὺς πόδες ἕως νεικηθῇ· ἐπικλώσ(ει)
γὰρ αὐτῷ ταῦτα ἡ πανδυνάστειρα ανασσα Μασκελλει
μα(σ)κελλω φνουκενταβαω ὀρεοβαζαγρα ῥηξίχθων
ἱππόχθων πυριπηγα[ν]υ[ξ] πότνια Γῆ χθονία Μευηρι
μοριθαρχωθ ὁρκίζω σε κατὰ σοῦ ὀνόματος ποιῆσαι
τὴν πρᾶξιν ταύτην καὶ τηρῆσαί μοι τὸν κατάδεσμον
τοῦτον καὶ ποιῆσαι αὐτὸν ἐνεργῆ· Ἑρμῆ Ἀρχεδαμα
φωχενσεψευσαρερταθουμισον καὶ κτ. καὶ Πλούτων
Υ]εσεμμιγαδων μααρχαμα καὶ Κόρη Ἐρεσχιγαλ
Ζαβαρβαθουχ καὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμαρ καὶ δαί-
μονες οἱ ἐν τῷ τόπῳ τού[τῳ] δ(ι)αιτῶντες τελ[ειώ-
σατε τὴν] πρᾶξιν ταύτην [καὶ κα]τάσχετε . . νφιλ . . .
. . . . . . ὕπνους (Ἰ)ωνικο . . . . ὅτι στο . . διαλ . . .
. . . . . . ΜЄΡΙΝΗΡ . . . . . ΘΗΤ . . ΜΑΤΟ . .

Vs. 1 initium omisit Lenormant, restitui e titulo praecedente vs. 7 et pap. Par. 2849; vs. 2 φωχεν ἔψευσα semper L.; vs. 5 Ephesia grammata quae sunt non legit L.; vs. 9 Ἠωνίκου L., Ἰωνικοῦ subesse intellexit Kuhnert *Feuerzauber, Rhein. Mus.* XLIX p. 38; vs. 11 παμ[φοβε]ρά L., παμ[φόρ]βα conieci coll. pap. Par. 1261. 2743; vs. 13 νεβουτοσαληθ usque ad Ἑκάτη vs. 14 corrupit L.; vs. 14 Ἑκάτη ἀληθη, quid cognominis hic lateat nescio: Ἀλθαία? ἀλήτη?; vs. 26 restituit Kuhnert l. l. p. 37 n. 5, ἐπέκλωσα L.; vs. 27 formulam magicam non intellexit L.; vs. 29 πυριπηγα[ζουσα] L., verum suspicatus est Dieterich, pap. Mag. p. 791; vs. 30 μορ . . . . θαρ . . . L.; vs. 36 αὐ]τῶν τε στέλ[λετε L.; vs. 37 παρ]άσχετε· cetera omisit L. — De hoc titulo adeundus Wessely Eph. gr. 244.

Alexandriam postquam pervenimus, reliquas quoque Africanorum diras addamus, quarum maior pars Carthagine reperta in supplemento Corporis inscriptionum latinarum voluminis octavi edita est.

CIL. VIII suppl. n. 12508. Tabella plumbea reperta Carthagine in sepulcro. *Bull. de corr. Hell.* XII p. 297 sqq.: *L'inscription commence à*

un angle de la plaque, en suit les bords, puis se continue en formant des carrés rentrant successivement les uns dans les autres.

Ἐξορκίζω σε, νεκυδαίμων ἄωρε, ὅστις ποτ᾽ οὖν εἶ, κατὰ τῶν κραταιῶν
ὀνομάτων Σαλβαλ Βαθβαλ Αὐθγερωταβαλ Βασυθατεω Ἀ[λεω Σαμα-
βηθωρ κ]ατάδησον τοὺς ἵππους, ὧν τὰ ὀνόματά σοι καὶ τὰς
⟨....⟩ ἰδαίας ἐν τούτῳ τῷ σκεύει παρακατατίθημ[ι], ῥ[οσέων]· Σιλουανὸν
Σερουᾶτον [Λ]οῦε Ζέφυρον Βλάνδον Ἰμβραῖον Δεί[ο]υιτε Μάρισκον
Ῥάπιδον Ὀριέντε Ἀρβοῦστον· τῶν οὐενετιανῶν· Ἡμ[ινέντε] Δίγνον
Ληνῶνε Παίζοντε Χρύσασπιν Ἀργοῦτον Δηρεισῶρε
Φρουγίφερον Εὐφράτην Σάν[κ]τον Αἰθίοπε Πραικλᾶρον. Κα-
τάδησον αὐτοῖς τὸν δρόμον τὴν δύναμιν τὴν ψυχὴν τ-
ὴν ὁρμὴν τὴν ταχύτητα· ἄφελε αὐτῶν τὴν νείκ[ην ἐμπόδισ-
ον αὐτοῖς τοὺς πόδας ἔκκοψον ἐκνεύρωσον
αὐτούς, ἵνα μὴ δυνασθῶσιν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ ἐν τ-
ῷ ἱπποδρόμῳ μηδὲ τρέχειν μηδὲ περιπατεῖν μηδ-
ὲ νεικῆσαι μηδὲ ἐξελθεῖν τοὺς πυλῶνας τῶν ἱπ-
παφίων μήτε προβαίνειν τὴν ἀρίαν μήτε τὸν
σπάτιον· ἀ[λλ]ὰ πεσέτωσαν σὺν τοῖς ἰδίοις ἡνιόχοις
Εὐπρέπητε τὸ[ν] Τελεσφόρου τὸν καὶ Γέντιον καὶ
Φηλεῖκε καὶ Διονύσιον τὸν ἀποδάκνοντα καὶ λα-
μυρόν· ἐπιτάσσουσιν γάρ σοι Ἀμυηκαρητηρερ-
χονσοιραζααβυαδρυενεφισινοινισθεργα-
βηφυρορβηθ· κατάδησον τοὺς ἵππους ὧν τὰ ὀνόμ-
ατά σοι καὶ τὰς ἰδαίας παρακατατέθηκ[α
ἐν τούτῳ τῷ σκεύει, ῥοσέ[ω]ν· Σιλουανὸν Σερ-
ουᾶτον [Λ]οῦε Ζέφυρον Βλάνδον Ἰμβραῖ-
ον Δεί[ο]υιτε Μάρισκον Ῥάπιδον Ὀριέντε Ἀρβο-
ῦστον καὶ τῶν οὐενετιανῶν· Ἡμιν[έ]ν-
τε Δίγνον Ληνῶνε Παίζοντε Χρύσασπιν
Ἀργοῦτον Δηρεισῶρε Φρουγίφερον Εὐφ-
ράτην Σάνκτον Αἰθίοπε Πραικλᾶρον. Κατα-
δησον αὐτοῖς τὸν δρόμον τὴν δύνα-
μιν τὴν ψυχὴν τὴν ὁρμὴν τὴν ταχύτη-
τα. Ἄφελε αὐτῶν τὴν νείκην ἐμπ-
όδισον αὐτοῖς τοὺς πόδας ἔκκοψον ἐ-
κνεύρωσον αὐτούς, ἵνα μὴ δυνασθῶ-
σιν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ ἐν τῷ ἱπποδρόμ-
ῳ μηδὲ τρέχειν μηδὲ περιπατ-
εῖν μηδὲ νεικῆσαι μηδὲ ἐξελ-
θεῖν τοὺς πυλῶνας τῶν ἱππα-
φίων μήτε προβαίνειν τὴν ἀ-
ρίαν μήτε κυκλεῦσαι τοὺς καμ-
πτῆρας· ἀ[λλ]ὰ πεσέτωσαν σὺν
τοῖς ἰδίοις ἡνιόχοις Εὐπρέ-
πητε τὸ[ν] Τελεσφόρου Γέντιον
καὶ Φηλεῖκε καὶ Διονύσιον τὸ-
ν ἀποδάκνοντα καὶ λαμυρόν.
Κατάδησον αὐτοῖς τὰς χεῖ-
ρας ἄφελε αὐτῶν τὴν ν-
είκην τὸν [!] ἀπόβασιν καὶ
τὴν ὅρασιν, ἵνα μὴ δυνασ-
θῶσιν βλέπειν τοὺ-
ς ἰδίους ἀντιπάλους
ἡνιοχοῦντες ἀ[λλ]ὰ
μᾶλλον ἅρπασον αὐ-
τοὺς ἐκ τῶν ἰδίων
ἁρμάτων καὶ στ-
ρέψον ἐπὶ τὴν γ-
ῆν ἵνα πεσέτω-
σαν μόνοι ἐμ
παντὶ τόπῳ τοῦ
ἱπποδρόμο-
υ συρόμενοι
μάλιστα δ-
ὲ ἐν τοῖς καμ-
πτῆρσιν
μετὰ βλά-
βης τοῦ
σώματο-
ς σὺν τοῖς ἵππ-
οις οὓς
ἐλαύν-
ου-
σιν.
Ἤδη
τα-
χ]ύ.

Vs. 2 Αὐθ[ι]ερωταβαλ correxerunt ex Αὐθγερωταβαλ collato n. 12510, 19; sed et illic Αὐθγερωταβαλ legitur, nec θ ante γ in nomine barbaro mirum est.

CIL. VIII suppl. n. 12509. Tabella plumbea reperta Carthagine in sepulcro, eodem modo scripta quo n. 12508, in medio delineata est imago agitatoris. Eandem sequitur devovendi formulam quam ea quae praecedit lammina.

Ὁρκίζω σε ὅστις ποτ᾽] οὖν ε[ἶ νεκυ]δαίμων ἄω[ρ]ε κατὰ τῶν [κραταί-
ων ὀν]ομάτων . ινσυδυνατοιπαρακουθιναυαγηα θεὰ σιμου-
εουαρρηκαροφασιευνηθκατευρωηχμασιρουλ ....
..... α .. εββο .. ρ Ἰάω Ἰαὴ Ὀμψονπα .. [κατάδησον τοὺς ἵπ-
πους τοῦ π]ρασίνου, ὧν τὰ ὀνόματά σοι παρακατατίθημ[ι Ἀ-
λάρειο]ν Ἄγιλε Πάρδον Πουγιῶνε Δάρδανον [Ε]ἴναχον Πρετιῶ-
σον Προυνικὸν Νίμβον Μαῦρον Οὐικτῶρε Πρωφίκιον [Αἴγυπ-
τον Οὐετερ[ᾶ]νον. Κατάδησον

Quae sequuntur ad litteram consentiunt cum n. 12508 vs. 8—16 ἡνιόχοις, nisi quod tabella nostra post ἐκνεύρωσον vs. 11 addit ἐξάρθρωσον, et post σπάτιον vs. 16 μηδὲ κυκλεῦσαι τοὺς καμπτῆ[ρας.

16 ἡνιόχοις [Γράτῳ
καὶ Φηλεῖκι] καὶ Ναρκίσσῳ· ἐπιτάσσουσιν γάρ σοι Ἀβμ ....
ναβας καὶ Ἀνχρεφρενφιφουβιν. Κατάδησον τοὺς
ἵππους τοῦ πρασίνου ὧν τὰ ὀνόματά [σοι παρα-
κατατέ]θηκα Ἀ[λ]άρειον

Vs. 20—34 Ναρκίσσῳ repetunt ad verbum vs. 5—17, nisi quod pro *τὴν δύναμιν τὴν ψυχὴν τὴν ὁρμὴν τὴν ταχύτητα, ἄφελε αὐτῶν τὴν νείκην, ἐμπόδισον αὐτοῖς τοὺς πόδας* legitur vs. 23 [ἄφελε] νείκην ὁρμὴν ψυχὴν ταχύτητα.

34 Κατάδησον αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐ-
ντύ[λι]ξον αὐτῶν τοὺς μάστειγας
εἰς τὰς ἡνίας ἄφελε αὐτῶν τὴ[ν νεί-
κην

Vs. 37—45 καμπτῆρσιν = n. 12508 vs. 48—64; omittit tamen nostra tabula vs. 53 αὐτούς, vs. 58 μόνοι, vs. 61 συρόμενοι.

καμπτῆρσιν σὺν τοῖς ἰδίο-
ις ἵπποις μετὰ βλάβης τοῦ
σώματος καὶ σκελῶν
κατάγματος· ἤδη ἤδη [ἤ]δη
ταχὺ ταχὺ ταχέως
κατάδησον κατάδησον
κατάδησον αὐτούς.

CIL. VIII suppl. n. 12510. Tabella plumbea reperta Carthagine in sepulcro, eodem modo et ad eandem formulam scripta atque n. 12508. 12509.

Ὁρκίζω σε ὅσ]τις ποτ᾽ οὖ[ν εἶ] νεκυδαίμων ἄωρε κατὰ τ-
ῶν [ἑ]π[τ]ὰ [σ]υνθρόνων χθ(ο)νίου βασιλέ(ω)ς Ἀχλαουμ Φερφεω Βαφ-
αω Βεβοχ Βολβες Ῥωτυυ Ὑφθω ἵνα καταδήσῃς
τοὺς ἵππους τοῦ πρασίνου, ὧν τὰ ὀνόματά σοι παρακατατίθημ-
ι] Ἀ[λ]άρειον Ἄγιλε Κουπείδινε Πουγιῶνε Πρετι-
ῶσον Προυνικὸν Δάρδανον [Ε]ἴναχον Φλόριδον Πάρδον Σερουᾶτ-
ον Φούλγιδον Οὐικτῶρε Πρωφίκιον. Κατάδη-
σον αὐτοῖς

Vs. 8—16 = n. 12508 vs. 8—16. Varias notes has lectiones: omisit tabella nostra vs. 9. 10 *τὴν ὁρμὴν τὴν ταχύτητα*, addidit *ἐξάρθρωσον* vs. 11 post *ἐκνεύρωσον*, scripsit vs. 15 *μηδὲ κυκλεῦσαι τοὺς καμπτῆρας* pro *μήτε τὸν σπάτιον*.

16 ἡνιόχοις [Γ]ράτῳ καὶ
Φηλεῖκ[ι] καὶ Ναρκίσσῳ· ὁρκίζω γάρ σε,

δαῖμον, κατὰ τῶν ἁγίων ὀνομάτων Σαλβα[θ]βαλ Αὐθ-
γερωταβαλ Βασυθατεω Ἀλεω Σαμ[α-
βηθωρ. Κατάδησον τοὺς ἵππους τοῦ πρασίνου ω-
ν τὰ ὀνόματά σοι παρακατατέθ⟨ι⟩ηκα·
Ἀ[λ]άρειον

Vs. 22—39 Ναρκίσσῳ = vs. 7—17. Vs. 26 legitur δρόμον πόδας νείκην ὁρμὴν ταχύτ[η]τα pro αὐτοῖς τὸν δρόμον — τοὺς πόδας vs. 8. 9; vs. 34 μήτε τὸν σπάτιον additur post τὴν ἀρίαν.

39 Ναρκίσσῳ. Κατάδη-
σον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἄφελε
αὐτῶν τὴν νείκην

Vs. 40—53 ἱπποδρόμου = n. 12508 vs. 47—60. Omittit tabula nostra vs. 51 μόνοι post πεσέτωσαν.

52 ἱππο-
δρόμου σ-
ὺν τοῖς ἰδίοις ἵππ-
⟨π⟩οις μ-
ετὰ βλάβης τοῦ
σώμα-
τος καὶ σκελ-
ῶν κ-
ατάγματος.
Ἤδη
ἤδη ἤδη
ταχὺ τα-
χ[ὺ] ταχέως
Κατάδη[σον κατάδησον κατάδησον.

CIL. VIII suppl. n. 12511. Tabella plumbea reperta Carthagine in cippo sepulcreti. In margine signa mystica.

Σεμεσιλαμ Δαματαμενευς Ληονα-
λλελαμ. Λαιλαμ Ἑρμοῦ Βελη Ἰακοὺβ Ἰαίω Ἐρβηθ-
ιω Παισερβηθηω Μαλθαβηθαλλασαν· Καταρά· ἐξορκί-
ζω ὑμᾶς κατὰ τῶν μεγάλων ὀνομάτων ἵνα
καταδήσητε πᾶν μέλος καὶ πᾶν νεῦρον Βικτωρικοῦ
ὅ[ν] ἔτεκεν [γ]ῆ μήτηρ παντὸς ἐνψύχο[υ], ἡνιόχου τοῦ
βενέτου καὶ τῶν ἵππων αὐτοῦ, ὧν μέλλ(ε)ι ἐλαύν(ε)ιν, Σεκουν-
δινοῦ Ἰούβενιν καὶ Ἀτβοκᾶτον καὶ Βούβαλον καὶ Βικτωρικοῦ
Πομπηϊανοῦ καὶ Βαϊανοῦ καὶ Βίκτορο[ς] καὶ Ἐξιμίου κα-
ὶ τῶν Μεσσαλῶν Δομινάτορα καὶ ὅσοι ἐὰν συνζευχθῶ-
σιν αὐτοῖς· κατάδησον αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ τὴν ὁρμὴν καὶ
τὸ πήδημα καὶ τὸν δρόμον, ἀμαύρωσον αὐτῶν τὰ
ὄ]μματα, ἵνα μὴ βλέπωσιν, στρέβλωσον αὐτῶν
τὴν ψυχὴν καὶ τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ [π]νέωσιν. Ὡς οὗ-
τος ὁ ἀλέκτωρ καταδέδεται τοῖς ποσὶ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τῇ
κεφαλῇ, οὕτως καταδήσατ[ε] τὰ σκέλη καὶ τὰς χ(ε)ῖρας καὶ τὴν
κεφαλὴν καὶ τὴν καρδίαν Βικτωρικοῦ τοῦ ἡνιόχου τοῦ βενέ-
του ἐν τῇ αὔριν ἡμέρᾳ καὶ τοὺς ἵππους, οὓς μέλλ(ε)ι ἐλα-
ύν(ε)ιν, Σεκουνδινοῦ Ἰούβενιν καὶ Ἀτβοκᾶτον καὶ Βού-
βαλον καὶ Λαυριᾶτον καὶ Βικτωρικοῦ Πομπηϊανὸν καὶ
Βαιανὸν καὶ Βίκτορα καὶ Ἐξίμιου[μ], καὶ τῶν Μεσσάλης
Δομινᾶτον, καὶ ὅσοι ἐὰν αὐτοῖς συνζευχθῶσιν. [Ἔ]τι
ἐξορκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ ἐπάν[ω] τοῦ οὐρανοῦ θεοῦ
τοῦ καθημένου ἐπὶ τῶν Χερουβί, ὁ διορίσας τὴν γῆν
καὶ χωρίσας τὴν θάλασσαν, Ἰάω Ἀβριάω Ἀρβαθιάω
Σαβαὼ Ἀδωναΐ, ἵνα καταδήσητε Βικτωρικ[ὸ]ν τὸν ἡνί-
οχον τοῦ βενέτου καὶ τοὺς ἵππους οὓς μέλλ(ε)ι ἐλαύν(ε)ιν
Σεκουνδινοῦ Ἰούβενιν καὶ Ἀτουοκᾶτον καὶ Βικτωρικοῦ
Πομπηϊανὸν καὶ Βαϊανὸν καὶ Βίκτορα καὶ Ἐξίμιουμ
καὶ τῶν Μεσσάλης Δομνᾶτον, ἵνα ἐπὶ νείκην μ[ὴ
ἐλ[αύνωσι]ν ἐν τῇ αὔριν ἡμέρᾳ ἐν τῷ κίρκῳ. Ἤδη, ἤδη
ταχὺ ταχύ.

Vs. 1 Δαματαμενευς falso scriptum pro Δαμναμενεύς, Παισερβηθηω fortasse pro Πακερβηθηω; Ληονα Delattre *Bull. de corr. Hell.* XII p. 300, ΛΗ ͻΝΝΑ CIL.; vs. 6 Kaibel Epigr. 606, 4: γῆς ὢν πρόσθε γόνος μητέρα γαῖαν ἔχω; vs. 24 καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβί Daniel 3, 55.

Collections du Musée Alaoui I (1890) p. 101 sqq. Tabella plumbea reperta Hadrumeti in necropoli, scripta saeculo tertio p. Chr. n.

HORCIZOSEDAEMONIONPNEVM[A]TOENTHADECIMENONTOONOMATITOAGIOAΩΘ
Ἀβαὼθ τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραὰν καὶ τὸν Ἰάω τὸν τοῦ Ἰ(σ)άκου Ἰάω
Ἀὼθ Ἀβαὼθ θεὸν τοῦ Ἰσράμα ἄκουσον τοῦ ὀνόματος ἐντειμοῦ
καὶ φοβεροῦ καὶ μεγάλου, καὶ ἄπελθε πρὸς τὸν Ο[ὐ]ρβανὸν
ὃν ἔτεκεν Οὐρβανὰ καὶ ἆξον αὐτὸν πρὸς τὴν
Δομιτιανὴν ἣν ἔτεκεν Κανδιδὰ ἐρῶντα μαινόμενον ἀγρυπνοῦν-
τα ἐπὶ τῇ φιλίᾳ αὐτῆς καὶ ἐπιθυμίᾳ καὶ δεόμενον αὐτῆς ἐπανελθεῖν
εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ σύμβιο[ν] γενέσθαι. Ὁρκίζω σε τὸν μέγαν θεὸν
τὸν αἰώνιον καὶ ἐπαιώνιο[ν] καὶ παντοκράτορα τὸν ὑπεράνω τῶν
ὑπεράνω θεῶν· ὁρκίζω [σ]ε τὸν κτίσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν θά-
λασσαν· ὁρκίζω σε τὸν διαχωρίσαντα τοὺς εὐσεβεῖς· ὁρκίζω σε
τὸν διαστήσαντα τὴν ῥάβδον ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀγαγεῖν καὶ ζεῦξαι
τὸν Οὐρβανόν, ὃν ἔτεκεν Οὐρβανά, πρὸς τὴν Δομιτιανάν, ἣν ἔτεκεν
Κανδιδά, ἐρῶντα βασανιζόμενον ἀγρυπνοῦντα ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐ-
τῆς καὶ ἔρωτι, ἵν' αὐτὴν σύμβιον ἀπάγῃ εἰς τὴν οἰκίαν ἑαυτοῦ. ὁρκί-
ζω σε τὸν ποιήσαντα τὴν ἡμίονον μὴ τεκεῖν· ὁρκίζω σε τὸν διορίσαν-
τα τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους· ὁρκίζω σε τὸν συντρείβοντα τὰς πέτρας·
ὁρκίζω σε τὸν ἀπορήξαντα τὰ ὄρη· ὁρκίζω σε τὸν συνστρέφοντα τὴν
γῆν ἐ[π]ὶ [τ]ῶν θεμελίων αὐτῆς· ὁρκίζω σε τὸ ἅγιον ὄνομα, ὃ οὐ λέγεται ἐν
τῷ ἀδύτῳ· ὀνομάσω αὐτὸ καὶ οἱ δαίμονες ἐξεγερθῶσιν ἔκθαμβοι καὶ περί-
φοβοι γενόμενοι, ἀγαγεῖν καὶ ζεῦξαι σύμβιον τὸν Οὐρβανόν, ὃν ἔτεκεν
Οὐρβανά, πρὸς τὴν Δομιτιανάν, ἣν ἔτεκεν Κανδιδά, ἐρῶντα καὶ δεόμε-
νον αὐτῆς· ἤδη, ταχύ. Ὁρκίζω σε τὸν φωστῆρα καὶ ἄστρα ἐν οὐρανῷ ποιή-
σαντα διὰ φωνῆς προστάγματος, ὥστε φαίνειν πᾶσιν ἀνθρώποις·
ὁρκίζω σε τὸν συνσείσαντα πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τὰ ὄρη
ἐκτραχηλίζοντα καὶ ἐκβράζοντα, τὸν ποιοῦντα ἔκτρομον τὴν γῆ-
ν ἅπασ(αν καὶ) καινίζοντα πάντας τοὺς κατοικοῦντας· ὁρκίζω σε τὸν ποιή-
σαντα σημεῖα ἐν οὐρανῷ κ[αὶ] ἐπὶ γῆς καὶ θαλάσσης, ἀγαγεῖν καὶ ζεῦξαι
σύμβιον τὸν Οὐρβανόν, ὃν ἔτεκεν Οὐρβανά, πρὸς τὴν Δομιτιαν[ά]ν, ἣν
ἔτεκεν Κανδιδά, ἐρῶντα αὐτῆς καὶ ἀγρυπνοῦντα ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐ-
τῆς, δεόμενον αὐτῆς καὶ ἐρωτῶντα αὐτὴν ἵνα ἐπανέλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν
αὐτοῦ σύμβιος γενομένη· ὁρκίζω σε τὸν θεὸν τὸν μέγαν τὸν αἰώ-
νιον καὶ παντοκράτορα, ὃν φοβεῖται ὄρη καὶ νάπαι καθ' ὅλην τὴν οἰ-
κουμένην, δι' ὃν ὁ λείων ἀφείησιν τὸ ἅρπαγμα καὶ τὰ ὄρη τρέμει

καὶ [ἡ γῆ] καὶ ἡ θάλασσα ἕκαστον ἰδάλλεται ὃν ἔχει φόβον τοῦ Κυρίου α[ἰ]ω[νίου] ἀθανάτου παντεφόπτου μεισοπονήρου ἐπισταμένου τὰ γ[ενόμ]ενα ἀγαθὰ καὶ κακὰ καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ ποταμοὺς κα[ὶ] τὰ ὄρη καὶ [τὴν] γῆ[ν], Ἀὼθ Ἀβαὼθ τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραὰν καὶ τὸν Ἰάω τὸν τοῦ Ἰ(σ)άκου Ἰάω Ἀὼθ Ἀβαὼθ θεὸν τοῦ Ἰσράμα· ἄξον, ζεῦξον τὸν Οὐρβανόν, ὃν ἔτεκεν Οὐρβανά, πρὸς τὴν Δομιτιανάν, ἣν ἔτεκεν Κανδιδά, ἐρῶντα μαινόμενον βασανιζόμενον ἐπὶ τῇ φιλίᾳ καὶ ἔρωτι καὶ ἐπιθυμίᾳ τῆς Δομιτιανῆς, ἣν ἔτεκεν Κανδιδά, ζεῦξον αὐτοὺς γάμῳ καὶ ἔρωτι συμβιοῦντας ὅλῳ τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ· ποίησον αὐτὸν ὡς δοῦλον αὐτῇ ἐρῶντα ὑποτεταχθῆναι, μηδεμίαν ἄλλην γυναῖκα μήτε παρθένον ἐπιθυμοῦντα, μόνην δὲ τὴν Δομιτια[νάν, ἣν ἔτεκεν Κανδιδά, σύμβιον ἔχειν ὅλῳ τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν [χρόνῳ. Ἤδη ἤδη ταχὺ ταχύ.

Nonnulla aliter legi atque Maspero editor; secundum ectypum dedi vs. 6 Δομιτιανὴν [-νάν M.]; vs. 15 ἵν' αὐτὴν [ἵνα αὐτήν M.]; vs. 18 συνστρέφοντα [συστρ. M.]; vs. 33 ὃν [οὗ M.]; vs. 44 ἄλλην [μήτε M.]; vs. 4—5 et 25 ipsius tituli verborum ordo turbatus est. — Scripserunt de hac tabella Zingerle *Philol.* LIII 1894 p. 344, Deissmann *Bibelstudien* initio.

Atque hactenus Graecorum dirae in Africa[1]) repertae. Una adhuc restat amplior collectio tabellarum plumbearum devotionibus conscriptarum, quae sunt repertae Curii prope Paphum Cypro in insula: tertio fere p. Chr. n. saeculo sunt exaratae, edidit eas Miss Macdonald (*Inscriptions relating to sorcery in Cyprus, Proceedings of the society of biblical archæology* 1890 p. 160 sqq.).

Proceedings p. 174 n. I.

Δ(αί)μονες] οἱ κατὰ γῆν κ(αὶ) δ(αί)μονες οἵ[τινές ἐστε] κ(αὶ) πατέρες πατέρων κ(αὶ) μητέρε[ς ἀντιέν(ε)ιρ⟨ι⟩(ο)ι οἱ κ(αὶ) οἵτινες ἐνθάδε κ(ε)ῖσθε κ(αὶ) οἵτινες [ἐνθάδε καθ(ῆ)σ]θε θυμὸν ἀπὸ κραδίης πολυκηδέα [πρόσθε λαβ]όντες· παραλάβετε τοῦ Ἀρίστωνος τὸν θυμὸν τ[ὸν πρὸς ἐμὲ ἔχ(ε)ι τὸν Σ(ω)τηριανὸν τὸν κ(αὶ) Λίμβαρον κ(αὶ) τὴν ὀργ]ὴν κ(αὶ) ἀφέλεσθε αὐτοῦ τὴν δύναμιν κ(αὶ) τὴν ἀλκὴν κ(αὶ) ποιήσ]ετε αὐτὸν ψυχρὸν κ(αὶ) ἄφωνον κ(αὶ) ἀπνεύμοναν· ψυχρὸν εἰς ἐμὲ τὸν Σ(ω)τηριανὸν τὸν κ(αὶ) Λίμβαρον· ὁρκί⟨σ⟩ζω ὑμᾶς κατὰ τῶν μεγάλων θεῶν Μασωμασιμαβλα[βοιωμαμαξω ευμαζω ενδενεκοπτουραμελοφθημαρα[ρακ]ου ρασρωεεκαμαδωρμαχθουδουρασκιθωρασακηβοζων] θ(ε)ὰ αθχαμοδοιραλαρ ακου ραεντ ακου ραλαρ ακουεστε αλαρ]ουεχεαρμαλαρκαραμεφθη σισοχωρ αδωνεια χθὼ[ν χο]υχμαθερφεσθερμωμασμαρασμαχουχιμανουφιλα[εσωσι· χθ]όνιοι θεοὶ παραλάβετε τοῦ Ἀρίστωνος κ(αὶ) τὸν υἱὸν Ἀ[ρίστωναν τὸν θυμὸν κ(αὶ) τὴν ὀργὴν τὴν εἰς ἐμὲ ἔχ(ε)ι τὸν Σ(ω)τηριανὸ]ν τὸν κ(αὶ) Λίμβαρον κ(αὶ) παράδοτε τῷ κατ' Ἅ(ι)δη θυρουρῷ Μ]αθυρευφραμενος κ(αὶ) τὸν ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τοῦ Ἅ(ι)[δους κ](αὶ) τῶν κλήθρων τοῦ οὐρανοῦ τεταγμένον Στερξερξ ηρηξα ῥη]σίχθων αρδαμαχθουρ πριστευ λαμπαδευ στενά[κτα θά]ψατε τὸν προγεγραμμένον ἐπὶ τοῦδε τοῦ φιμωτι[κοῦ κ]αταθέματος.

ἐνο]ρκίζω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν κωφῶν δ(αι)μόνων· ἀ[κοΰσατε τοῦ μεγάλου ὀνόματος· ἐπιτάσσ(ε)ι γὰρ ὑμῖν ὁ μ[έγας Σ]ισοχωρ ὁ ἐξάγων τοῦ Ἅ(ι)δους τὰς πύλας, κ(αὶ) καταδ]ήσατε τοῦ ἀντιδίκου μου τοῦ Ἀρίσ⟨σ⟩τωνος κ(αὶ) κατακο[ιμίσ]ατε τὴν γλῶσσαν τὸν θυμὸν τὴν ὀργὴν τὴν εἰς ἐμὲ ἔχ(ε)ι τὸν Σ](ω)τηριανὸν τὸν κ(αὶ) Λίμβαρον ὁ Ἀρίστων, ⟨ε⟩ἵνα μὴ δύνητ(αί) μοι μηδενὶ] πράγματι ἐναντιωθῆν(αι). ὁρκί⟨σ⟩ζω ὑμᾶ(ς) δ(αί)μονες πολυάνδριοι κ(αὶ) βιοθάνατοι κ(αὶ) ἄωροι κ(αὶ) ἄποροι ταφῆς κατὰ τῆς ῥησι]χθόνης τῆς κατενενκάσης μελιούχου τὰ μέλη κ(αὶ) αὐτὸν μελιοῦχον, ἐν]ορκί⟨σ⟩ζω ὑμᾶς ⟨ο⟩ κατὰ τοῦ Αχαλεμορφωθ ὅστις ἐστὶν μόνος ἐπίγ(ε)ι[ος θεὸ]ς Οσους οισωρνοφρις ουσραπιω ποιήσατε τὰ ἐνγεγραμμ[ένα· τύ]νβε πανδάκρυτε κ(αὶ) χθόνιοι θεοὶ κ(αὶ) Ἑκάτη χθονία κ(αὶ) Ἑρμῆ χ[θόνιε κ](αὶ) Πλούτων κ(αὶ) Ἐρινύες ὑποχθόνιοι κ(αὶ) ὑμ(ε)ῖς οἱ ὧδ(ε) κάτω κ(ε)ίμ[ενοι ἄ]ωροι κ(αὶ) ἀνώνυμοι Ευμαζων παραλάβετε τὰς φωνὰς το(ῦ) Ἀρίσ[τωνος τοῦ πρὸς ἐμὲ τὸν Σ(ω)τηριανὸν τὸν κ(αὶ) Λίμβαρον Μασω[μαχ]ω· τὴν παραθήκην ὑμῖν πα(ρα)τίθομεν φιμωτικὴν τοῦ Ἀρίσ⟨σ⟩τω[νος κ(αὶ) ἀνάδοτε αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῖς χθονίοις θεοῖς Αλλα αλκη κ(αὶ) αλκε]ω καὶ λαλα θανάτῳ τῷ τριωνύμῳ Κούρᾳ· οὗτοί μοι πάντοτε τελ(ε)ιώσο]υσιν κ(αὶ) φιμώσουσιν τὸν ἀντίδικον ἐμοῦ τοῦ Σ(ω)τηριαν[οῦ τοῦ κ(αὶ) Λιμβάρου τὸν Ἀρίσ⟨σ⟩τωναν· ἔγ(ε)ιρον δέ μοι κ(αὶ) σὺ ὁ ἔχων τὸ [ὑπόγ(ε)ιον βα]σίλειόν σε πασῶν τῶν Ἐρινύων· ὁρκί⟨σ⟩ζω ὑμᾶς κατὰ τῶν ἐ]ν Ἅ(ι)δ(η) θεῶν Ουχιτου τὴν τά(φ)ων δότ(ε)ιραν Αωθιωμος τιωιει]ωεγοωεοιφρι ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ ἔχων τὸ (αἰ)θέριον βασίλ[(ε)ιον Μιω]θιλαμψ ἐν οὐρανῷ Ἰάω κ(αὶ) τὸν ὑπὸ γῆν Σαβληνια Ἰά[ω Σα]βληφ[λ]αυβηνθανατοπουτωηρ· ὁρκί⟨σ⟩ζω σε Βαθ[υμια χθι]ορωοκορβραδιανακωκακιαβανηθενναυκρα· [ἐξορκί⟨σ⟩ζω ὑμ]ᾶς τοὺ[ς ἀπὸ Κ]ρόνου ἐκτεθέν[τας θεοὺς] Αβλαναθαναλβα σ]ισοπ[ετρον] παραλάβετε τὸ[ν ἀντίδικον ἐμοῦ τοῦ Σ(ω)τηριανοῦ τοῦ] κ(αὶ) Λιμβάρου τὸν Ἀ[ρί]στωναν Ω[ηαντιχερεχερβεβαλλοσαλακα]μηθη κ(αὶ) σὺ ἡ τὰς [κλ(ε)ῖ]δας το[ῦ Ἅ(ι)δους κατέχουσα ῥησίχθων· συνέπ]ελ(θ)έ μοι κ(αὶ) σὺ Ἀσμιατην[ε . . . κατὰ θεοῖν σύνθρονοι ἀνά]θημα Μασωμασωνυο . . . .

. . . . ιν παρατεθ(ε)ιμέ[νο . . . .

. . . . επιοθυθχοι . . . .

. . . . φιμ]ώ[σ]ουσιν . . . .

Supplementa sumpta sunt e reliquis tabellis, quae ad eandem formulam conscriptae sunt. Vs. 54 fortasse τοῖν κάτω θεοῖν.

Proceedings p. 175 n. II.

Fragmentum similis tabellae, ab ignoto quodam contra Aphrodisium et Nestorium (Ἀφρόδισιν κὲ Νέστοριν) scriptae incipit a τῷ τριων]ύμῳ Κούρᾳ (= I, 41) et pergit, ad litteram cum devotione quae antecedit consentiens, usque ad ῥησίχθων (= I, 54); tum legi potest:

. . . . ου καταθέ[ματος . . . .

. . . . . . τηρ(ε)ῖτε τη . . . .

Proceedings p. 176 n. III.

Devovetur Ζ . . . η τοῦ Καλοκέρου, nomen devoventis excidit. Restant versus unus et triginta, incipit devotio ab ἀφέλε]σθε [αὐτῆς] τὴν ὀργή[ν (= I, 7), et procedit usque ad παραλάβετε τὴν] ἀντί[δικο]ν ἐ[μοῦ (= I, 51).

Proceedings p. 176 n. IV.

Δ(αί)μονες οἱ κ]ατὰ ⟨. .⟩ γῆν κ(αὶ) δ(αί)μονες οἵτινές [ἐσ]τε κ(αὶ) πατέρες πατέρ]ων κ(αὶ) μητέρες ἀντιέν(ε)ιρ⟨ι⟩οι ἄνδριοι [ἤτε γύναιοι δ(αί)μο]νες (οἵ)τινές ἐστε κ(αὶ) οἵτινες ἐνθά[δε κ(ε)ῖσθε, βίον λιπόντες πυλυκηδ]έα, βιοθάνατοι εἴτε ξένοι (ε)ἴτε ἐντόπιοι (ε)ἴ[τε ἄωροι (ε)ἴτε ἄποροι ταφῆς] (ε)ἴτε ἀπὸ τῆς ἀκρ⟨ε⟩ας τῶν ἄστρων φέρεσθε εἴτε [ἐν ἀέρι πο]υ πλά⟨σ⟩ζεσθε κ(αὶ) σὺ ὁ ὧδε κάτω κ(ε)ίμενος παρα[λάβετε τὰς φωνὰς τῶν ἀντιδίκων ἐμοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου το[ῦ κ(αὶ) Μακεδ]ονίου οὗ ἔτεκεν ἡ Ματιδία τὸν Θεόδωρον το . . .

. . Τίμωναν τὸν ἔ⟨σ⟩τεκεν Μαρκία Νιτευ . . . .

. . μασωλαβεωμαμαξωμαξωενκοπτ . . . .

. . ενευουμαρακνευμελωφθηλαρακν(ρω?) . . . .

. δέσποτα τῶν ὑπὸ χθόνα δ(αι)μόνων . . .

. κ(αὶ) δὸς φιμὸν τῷ Θεοδώρῳ τῷ ἡγε[μόνι

. . τῆς Κ]ύπρου κ(αὶ) Τίμ(ω)νι, ἵνα μὴ δύν[ωντ(αι) μηδενὶ πράγματι] ἐναντιωθῆ[ν](αι) τῷ Ἀλεξάνδρῳ . . . . . τῷ κ(αὶ) Μακεδονίῳ· ἀλλὰ ὡς [ὑμ(ε)ῖς ἄταφοι κ(αὶ) ἀφω-

[1]) Asianarum restat una in Chersoneso Taurica reperta et publici iuris facta *Compte-rendu, Petersburg* 1868 p. 122, in qna devoveri videntur Βίτταλος Βακίων Ζωγένης· τούτων τὴν ἐργασίην eqs.

νοι κ(αὶ) ἄλαλοι κ(αὶ) ἄγλωσσοι ο(ὕ)τω . . . . . .
. κ(αὶ) ἀντίδικοι ἤτωσαν ἄλαλοι ἄφωνοι [ἄγλωσσοι·
Θεόδωρος ὁ [ἡγεμ]ὼν κ(αὶ) [Τίμων . . . .
. . ον ἅπαν . . . .

Vs. 6 γίνωσκέ με ὧδε κείμενον Kaibel Epigr. 245; vs. 17 ο(ὕ)τω] οκτω Miss Macdonald.

Proceedings p. 177 n. V.

Devotio ad eandem formulam conscripta ad quam n. I, initio integra, in fine mutila, desinit vs. 41 in verbo μασ[ωμασωτο (= I, 55). Devovet Alexander, qui et Macedonius, Theodorum inimicum, ut in n. IV.

Proceedings p. 179 n. VI.

. . . νααs . . . .
. . . χθουδο . . . .
. . . μοδηδουραλα . . σι . . . . . .
. . . λουραχεναρμαραα . . . .
. . . ων φαγων μαξων μα[ξω . . .
ευμ]αζων αδωναι αδωνια χθὼν παρά[λαβε
. . . Ἀλέξ]ανδρον τὸν κα[λ]ούμενον Λουσκίνι καὶ . . T . .
. . . κ(αὶ) Εὐμένη καὶ Μακάριν καὶ Δημοκράτην καὶ Μάρ[κον
ω Μακεδονις
κ(αὶ) Μητ]ρόδωρον Ἄσβολιν τὸν τραπεζίτην· ὡς ὑμ(ε)ῖς . . εν . . . .
. . . ἄταφοι ἄφωνοι οὕτως καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ὁ ἐπικ[αλούμενος Λοῦσ-
κι]ν καὶ [Τίμ]ων καὶ Φιλόδημος καὶ Εὐμένης καὶ Μακάρις καὶ Δημ[οκρά-
τη]ς καὶ Μητρόδωρος ὁ ἐπικαλούμενος Ἄσβολις τραπεζίτης . . . . . .
. . . τού[ς κα]ταχθονίους . . ω . μαχωνμαχωνφιλ . . . . .
. . . . ν . . τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ καλ[ουμένου Λοῦσ-
κιν . . . .]νιν καὶ Φιλοδήμου καὶ Εὐμένη καὶ Μακαρίου . . . . .
. . . . . . καὶ Μητροδώρου ἐπικαλουμένου Ἀσβολίου τραπεζ[ίτου . . .
. . . . . . π]ολυάνδριοι πεπελεκισμένοι κ(αὶ) εσ . τ . . . . .
. . . . ἄπο]ροι τῆς ἱερᾶς ταφῆς ὁρκ[ί⟨σ⟩ζω ὑ]μᾶς δ[(αί)μονες κατὰ τῆς
ῥησιχθόνης τῆς κατεν]ακασαμένης τὰ μελιούχου μέ[λη κ(αὶ) αὐτὸν μελιοῦχον
. . . . εως τὸν Ἀλέξανδρον τὸν καλούμεν[ον Λοῦσκιν . . .
. . . . νις Εὐμένη [Μακ]άριν Δημοκράτην . . . .
Μητρόδωρον Ἄσ]βολιν⟨ιν⟩ τραπε[ζίτην . . .] μασωμ[αχω . .
. . . . τὴν παραθ]ήκην σοι παρα[τίθομεν φι]μωτικ[ὴν . . . .
. . . . τοῖς] καταχθονί[οις θεοῖς . . .] αλα ακη κα[ὶ αλκεω
. . . . τωτουλοχη . . . . . . [ε]ρεσχιγαλ κα . . . .
. . . . γοσπεριουθ . . [Ἀλ]έξανδρος ὁ καλού[μενος Λοῦσ-
κιν . . . ὑ]μᾶς ἐξορκί⟨σ⟩ζω . . . μέγαν τῶν . . . . . .
. . . ακωμαχθοηβαλακουχθουβ . . . . ?
τελ(ε)ιώσατε] καὶ φιμώσατε τοὺς ἀντιδίκους [ἐμοῦ Ἀλέξανδρον τὸν
καλούμενον Λούσ]κινι κ(αὶ) Τίμωνα κ(αὶ) Νεων . . κ(αὶ) Φιλ[όδημον
. . . . Μάρκον καὶ Δωρόθεν κ[(αὶ)] . . . T . . . . .
. . . . M]ακεδονίῳ τοὺς ἀντιδ[ίκους . . . .
. . . . χθ]ονίου θεοῦ τὸν βασιλέαν . . . .
. . . . ατε καὶ καταφράξατε . . . .
. . . . ων θυμησισσας . . . .
. . . . NTIOVT . . . .
. . . . ININ . . . .

Proceedings p. 180 n. VII.

Devotio consentiens cum n. I, viginti quattuor versuum, ab initio servata usque ad μ[όνος ἐπίγειος θεός (= I, 33). Devovet Artemidorus Aphrodisianum.

Proceedings p. 180 n. VIII.

Devotio vulgarem in modum conscripta. Incipit ο]ἵτινες ἐνθάδε κ(ε)ῖσθε (= I, 3), desinit τοῦ Ἅι[δους κατέχουσα ῥησίχθων (= I, 54), versuum triginta sex. Sozomenum devovet Eutyches. Vs. 17 post μηδενὶ πράγματι ἐναντιωθῆναι addit περὶ τὰ θρέμματα, ἀλλὰ δὸς αὐτῷ α . ρκη αὐτοῦ.

Proceedings p. 182 n. IX.

Tabula eiusdem generis. Prima verba sunt ἐ]νθάδε κ(ε)ῖσθε (= I, 3), extrema τ]ὸν ἀ[ντίδικον ἐμοῦ (= I, 51), versus sunt unus et quadraginta. Craterus a Callia devovetur.

Proceedings p. 183 n. X.

Eadem leguntur quae in n. I, inde ab initio usque ad vs. 38 κατέχουσα [ῥησίχθων (= I, 54). Serapiada Marionem inferis mandat.

Proceedings p. 185 n. XI.

Tabula in omnibus fere cum n. I congruens. Initium integrum, pro λαβόντες vs. 3 scriptum est λαβόντες λιπόντες. Nomina devoventis et devotorum alphabeto ut videtur epichorico sunt scripta; magica verba paullo discrepant a solitis. Post vs. 39 κ(ατ)[έχουσα ῥησίχθων (= I, 54) sequitur:

. . . . τὸν ἐπὶ τοῦ θυ . . . . . . ραθεσετιν
. . . . . . σισοχθω . . . . τηρ(ε)ῖτε τὴν
. . . . 999

Proceedings p. 186 n. XII et XIII.

Consentit haec tabula cum reliquis, incipit ἀντ]ιεν(ε)ίρ⟨ι⟩οι (= I, 2), desinit fragmentum prius (XII, 21):

πράγματι ἐναντιωθ[ῆναι . . . .

et primae alterius litterae sunt (XIII, 1):

. . . ν . . . . οι . . . . .

quae sic concilies:

πράγματι ἐναντιωθ[ῆναι· ὁρκί⟨σ⟩ζω ὑμᾶς δ(αί)μονες πο-
λυά]ν[δριοι κ(αὶ) βιοθάνατοι κ(αὶ) ἄωρ]οι [κ(αὶ) ἄποροι ταφῆς

ita ut una existat devotio. Nomina in utraque parte extantia eadem sunt: devovet Zoilus Soteriam Tryphonem Demetrium Demetriam. Desinunt litterae vs. 40 (= XIII, 19) ωεαντιχερη (= I, 52).

Proceedings p. 187 n. XIV.

Initium devotionis in reliquarum similitudinem confectae, desinit vs. 20 τὴν] ὀργὴν τὴν εἰς [ἐμὲ ἔχει (= I, 17). Nomina incerta sunt.

Proceedings p. 187 n. XV.

Defixio quae una cum ceteris faciat. Irene Aristo Timo devovent Onasam et Demetrium. Duo sunt fragmenta, alterum finitur vs. 29:

Εἰρήνες κ(αὶ) Ἀρίστωνος . . . . ον Ὀνασ . . . .

alterum incipit

. . . . καὶ Τίμων . . . .

unde apparet ita esse legendum:

I I
Εἰρήνες κ(αὶ) Ἀρίστωνος | καὶ Τίμων | [ος τ]ὸν Ὀνασ | [ᾶν κ(αὶ) Δημήτριον
II II

Finiuntur hae dirae litteris . . . οθυθ . . . vs. 38, cf. I, 57.

Proceedings p. 189 n. XVI.

Picta est in margine figura avis, quem gallum esse suspicor: cf. CIL. VIII suppl. n. 12511, 15.

ακνα . . . .
θαλκε . . . .
κουψιοψ . . . .
ποιήσατε μιση[τὸν . . . .
το ωδαραρ κελλινα . . . .
μα . . . . ανη προσπα . .
μαλη . τάδε πρὸς . . . .
φνηκεν . . . .
φιλα . . . .

Proceedings p. 189 n. XVII.

Dirae sunt, quae a norma n. I non abhorrent. Initium mutilum, prima quae legi possunt verba sunt: ἀφέλε]σθε αὐτῶ[ν (= I, 7); devovet Mario Euanthium et Demetrium. Vs. 35 extrema leguntur: τοὺς ἀντιδίκους ἐ]μοῦ (= I, 51), accedit fragmentum octo versuum, e quo nihil elicere potui.

Vidimus in his omnibus, non iam puram Graecorum religionem, sed barbarorum opinionibus infectam nobis ante oculos versari; quod imprimis tabella illa Megarensi illustratur, ubi terra et Hecata implorantur, sed additis Ephesiis litteris et, ut ipsa afferam lamminae verba, λόγοις Ἑκατικίοις[1]) ὁρκίσμασί τε ἁβραϊκοῖς. Quarum, quae Ephesium tenent cognomen, litterarum qualis fuerit natura, difficilior quaestio est; noverunt eas primi comoediarum scriptores, velut Anaxilas (fragm. 18), Menander (fragm. 371: Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ | λέγων ἀλεξιφάρμακα). Fuerunt autem, ut Pausanias nobis tradidit lexicographus[2]), Ephesia grammata voces φυσικὸν ἐμπεριέχουσαι νοῦν ἀλεξίκακον, ἃς καὶ Κροῖσον ἐπὶ πυρᾶς εἰπεῖν, καὶ ὅτι ἀσαφῶς καὶ αἰνιγματωδῶς δοκεῖ ἐπὶ ποδῶν καὶ ζώνης καὶ στεφάνης ἐπιγεγράφθαι τῆς Ἀρτέμιδος τὰ τοιαῦτα γράμματα. Derivat igitur Pausanias nomen a litteris imagini Dianae Ephesiae inscriptis, alii, quod Eustathius nobis narrat l. l., Ephesium quendam luctatorem sibi talibus litteris victoriam procurasse tradiderunt, ubi utrum is illas ex imagine Dianae descripserit an ipse invenerit, non liquet. Exemplum, quod Hesychius affert talium litterarum magicarum, est ἀσκι κατασκι λιξ τετραξ δαμναμενευς, quod in se duo illa genera Ephesiorum grammatum continet, quae discernere iam debebimus: partim enim litterae sunt, sine ullo sensu ita compositae, ut barbari verbi effigiem praestent, partim autem sensus aliquis subesse potest, cum verbum ex elementis compositum sit, quae aut Graeca aut Syra aut Punica aut Iudaica aut Aegyptiaca lingua suum sensum habeant: prioris generis est λιξ, alterius δαμναμενευς, ubi de δαμνάω et μένος cogitare possumus, quodque nomen unius ex Idaeis Dactylis fuisse scimus[3]), atque omnino hoc alterum genus non ita adhibetur, ut verba efficiat, per se quae ἀλεξίκακα sint, quam ut ὄνομα αὐθεντικόν h. e. magicum dei alicuius significet. Huius rei unum adhuc afferam exemplum: σεμεσιλαμψ saepius notatum non dubito, quin derivandum sit ab Hebraeorum שֶׁמֶשׁ et Graecorum λάμπειν, ita ut verti possit 'Sol lucide'. Neque tamen infitiabor, interdum etiam haec deorum cognomina ex arbitrio confecta esse ad syllabarum sonum, non ad verborum significationem: eius modi simplicissimae sunt illae litterarum vocalium compositiones et permutationes, quae Gnosticis imprimis placebant[4]); etiam quomodo ἀβρασαξ illud ortum sit, satis planum est. In reliquis vero ita compositis, ut sensu careant, sensum quaerere superfluum est, quare tali inquisitione omnino supersedi; neque in alterum genus, cognomina deorum ex barbarorum linguis petita, accuratius inquisivi: qui hoc voluerit, eum Asiae Africaeque omnibus fere linguis instructum esse necesse est; lectorem ad nonnulla eius generis conamina relegasse sufficiet[5]). Quae cum ita essent, ea, quae de Ephesiis grammatis[6]) dicenda habebam, ita institui, ut in appendice huic praefationi addita illa secundum ordinem, quo in tabellis occurrunt, describerem et adnotarem, si ad similia essent releganda aut de natura eorum aliquid addi posset.

Neque vero nimis multum est, quod ex Ephesiorum grammatum consideratione de natura deorum ad explendas diras invocatorum discimus. Nota nobis fiunt nomina arcana Graecorum deorum Mercurii Plutonis Proserpinae Terrae Hecatae; Μασκελλι μασκελλω plerumque referuntur ad Necessitatem deam inde a veterum Orphicorum temporibus diligenter cultam[7]); quae in tabellis Megarensibus reperiuntur Ephesiae litterae — an hae eaedem sunt atque Hecaticia verba? — non omnes aliunde sunt notae neque omnino eas intellexi. Miro modo Althaea iuxta Proserpinam et Hecatam commemoratur: quomodo ea in tale consortium pervenerit, fortasse eo explicatur, quod illa cum Meleagri mortem cuperet, Eumenides invocavit (Ov. Met. VIII, 481: *Poenarum deae triplices furialibus Eumenides sacris vultus advertite vestros*; Diod. IV, 34, 5: Ἀλθαία ... ἀρὰς ἔθετο, καθ᾽ ἃς ἠξίωσεν ἀποθανεῖν Μελέαγρον; Paus. X, 31, 3: Ὁμήρῳ μέν ἐστιν εἰρημένα, ὡς ἡ Ἐρινὺς καταρῶν ἀκούσαι τῶν Ἀλθαίας), quae illam extemplo audierunt: quare in diris suo iure nominari visa est. Neque quod paullo post legitur ἀκρουροβόρη satis planum est. Ὁ οὐροβόρος δράκων signum mysticum est Pap. CXXI, 597, quod explicatur a Ioanne Lydo de mens. III, 3 tamquam anni symbolum, incisum pyramidibus sub specie serpentis, qui caudam suam mordet. Anni symbola etiam Lunae convenire patet; fortasse ἀκρουροβόρη serpens est, qui novissimam caudam ore attingit. Ceterum in parte posteriore restare disiecta membra poetae Orphici patet; fragmenta sunt hymni in Dianam illorum, qui nobis servati sunt, simillimi. Κυανόπεπλε e. g. audit Latona h. Orph. XXXV, 1. Restituere autem huius hymni et verborum et versuum formam difficillimum erit. Ceterum monere hoc loco liceat, non semper eadem Ephesia grammata referri ad eundem deum, cuius rei unum exemplum sufficiet: νεβουτοσουαληθ in tabella Alexandrina ad Hecatam refertur et in pap. Lugd. J 383 quam infra videbis ad Typhonem. In Cypriis tabellis, qui magni momenti sunt ianitores Orci, certo definiri non possunt: nam et ipse Hades πυλάρτης est (Il. VIII, 367; Od. XI, 277), qui clavos gerit (Paus. V, 20, 3), et in pap. Par. 1464 invocantur Aeacus et Anubis: Αἴακε πυλωρὲ κλείθρων τῶν ἀϊδίων, θᾶττον ἄνοιξον κλειδοῦχε τε Ἀνοῦβι φύλαξ, inter quos eligere possumus ad explicandam invocationem illam bis variatam (n. I, 18, 26); quae invocatur n. I, 53 ἡ τὰς κλεῖδας τοῦ Ἅιδους κατέχουσα ῥησίχθων Hecata est, cui nomen ῥησίχθων convenit quaeque κληδοῦχος ἄνασσα audit (h. Orph. I, 7). — N. I, 33 terrestrem deum esse Osiridem cognomina eius demonstrant. N. I, 50 οἱ ἀπὸ Κρόνου ἐκτεθέντες θεοί Graecorum numina sunt a Saturno genita et, ut Minucius Felix c. 57 tradit, ab illo exposita, ne patri regnum adimerent. Constat autem ex iis, quae attulimus, quamvis auctus sit apparatus deorum et interdum totus divinae farraginis Acheron in unum adversarium moveatur, in ipso usu inimicorum per tabellas plumbeas devovendorum nihil mutatum esse. Sic et numina infernalia tantum paucis exceptis (n. I, 46 invocatur Ἰάω ut caelestis deus, sed confestim eum et infernalem esse additur) auxilio vocantur.

Sed praeter hos Graecorum deos, quos additis illis Ephesiis cognominibus barbaram quandam suscepisse speciem patet, magnam partem occupaverunt daemones, quos interdum ab Atticis hominibus invocatos esse iam supra vidimus, sed tam raro, ut id, quod Graecorum religionem fuisse scimus, confirmari iis videamus, quae exhibent lamminae: antiquissimo tempore δαίμονας diis pares fuisse, deinde delapsos esse illos ad locum inter deos et homines medium, ut apud Platonem, tum eos praecipue comparatos esse cum animis mortuorum, ut apud Lucianum, cuius rei vestigia tamen iam apud tragicos poëtas occurrunt[1]). His respondet, quod in titulis Atticis fere nusquam praeter deos invocantur daemones; in tabella n. 102 coactus eram, si quem sensum e litteris traditis elicere vellem, ut ΑΙΜΩΝ et ΑΙΜΟΝΙΣ mutarem in Δαίμων et Δαίμοσιν; n. 99 invocantur Γῆ χθονία et Δαίμων χθόνιος et χθόνιοι πάντες, ubi Δαίμων χθόνιος aperte idem est, qui θεὸς χθόνιος i. e. Hades, cum animae defunctorum χθόνιοι quidem sint, careant autem epitheto δαίμονες. N. 102 Δαίμων eodem modo ad Plutonem referendum esse puto; quod n. 102*a* 2 legitur Φερσεφόνῃ καὶ δαίμοσιν vertendum est 'Proserpinae et numinibus, quae una sunt cum Proserpina'.

Longe alia vero ea est superstitio, quae nobis in tabellis recentioris aetatis obviam fit, ubi magica praecepta et syncretismus, quem vocamus, et gnosis, quae dicitur, variam protulerunt multitudinem notionum mixtarum turbatarumque, ita ut religio quaedam evaserit multis coloribus varia, neque nos hodie unde singuli colores sumpti sint certo dicere possimus, utrum eorum origo fuerit Graeca Pythagorea Orphica Aegyptiaca Iudaica Gnostica: quare in iis, quae sequuntur, nihil dicendum mihi proposui nisi necessarium quod esset, me in his difficilioribus religionum historiae quaestionibus affatim rudem esse ratus neque ignorans, alios prompta habere, quae de his rebus edant. Itaque, ubi daemones in censum vocantur, ad explicandum locum plerumque sufficiet attulisse

---

1) Quod verbum adiectivum nobis in mentem revocat την Ἑκατικὴν θειότητα Abel Fragm. Orph. p. 138. 211.

2) Fragm. 185 ed. Schwabe, Eustath. p. 1864, 18: in hunc locum comiter Dielesius animum meum advertit.

3) Wessely Ephesia grammata, Progr. Vindob. 1885/86 p. 1. Quod opusculum in his rebus explicandis adeas necesse est.

4) Dieterich Abraxas p. 42; Wessely Eph. gr. n. 167.

5) Drexler Kure Persephone Ereschigal apud Roscherum, ubi plures invenies talium dissertationum titulos; Wiedemann *Die gnostische Silbertafel von Badenweiler, Rhein. Jahrb.* fasc. 79 p. 215; Maspero *Coll. du Mus. Alaoui* I p. 66; Zuretti *Riv. di filol.* XX p. 1 sqq.; N. G. Politis *Byz. Zeitschr.* I, 555; M. Grünwald *Byz. Zeitschr.* II, 291.

6) Coniecturam, alias quoque narrationes de Ephesiorum grammatum origine extitisse, veri similem reddit pap. Par. 2844, ubi Artemidi ipsi in sceptrum insculpsit talia Saturnus (cf. Abel Fragm. Orph. p. 294 vs. 41):

γράμματα σῷ σκήπτρῳ ἅ τοι Κρόνος ἀμφεχάραξεν
— δῶκε δέ σοι φορέειν, ὄφρ᾽ ἔμπεδα πάντα μένοιεν
δαμνω δαμνομενεια δαμασανδρα δαμνοδαμια.

7) Dieterich Nekyia 124.

---

1) Dieterich Nekyia 88[2].

religionem illam popularem, daemones esse animas mortuorum, et meminisse, qualium mortuorum animae imprimis idoneae visae sint ad exercendam artem magicam. Plurimos autem talium daemonum invocant tabellae Cypriae, quare ab his initium faciamus in contemplanda daemonum invocatione. Sunt vero hae tabellae ex iis, quae adversario omnem iram (*θυμόν*) auferre student, quod arte magica fieri posse putabant, ut in pap. Britannica CXXIII initio incantatur inimicus: *θυμοῦ σε παύσω καί σε πραΰνω χολῆς.* Formula vero, quam hae tabellae initio ponunt, semper fere haec est:

Δαίμονες οἱ κατὰ γῆν καὶ δαίμονες οἵτινές ἐστε
καὶ πατέρες πατέρων καὶ μητέρες ἀντιενείρ⟨ι⟩οι
⟨οἱ καὶ⟩ οἵτινες ἐνθάδε κεῖσθε καὶ οἵτινες ἔνθα⟨δε⟩ καθῆσθε
θυμὸν ἀπὸ κραδίης πολυκηδέα πρόσθε λαβόντες·
παραλαβετε τοῦ δεῖνα τὸν θυμὸν κτλ.

Hos versus restituit et carminis Orphici magici esse demonstravit Dieterich, de hymnis Orphicis p. 48. Carmen illud minime eleganter confectum, deinde per papyros magicas traditum corruptelis foedissimis conspersum esse monere liceat, quare emendationes multas atque primo quidem obtutu audaciores necessarias esse apparet. Sensum inesse his versibus hunc fere puto: *Δαίμονες, οἵτινές ἐστε κατὰ γῆν ἀντιένειροι, καὶ πατέρες πατέρων καὶ μητέρες, οἵτινες ἐνθάδε κεῖσθε καὶ καθῆσθε, θυμὸν πολυκηδέα ἀπὸ κραδίης πρόσθε λιπόντες* (pro *λαβόντες* posuit Dieterich), h. e. 'Daemones, quicumque estis subter terram inferorum similes, patres patrum matresque, quicumque hoc loco iacetis et sedetis, qui animum aerumnosum quondam a corde divisistis'. Invocantur animae mortuorum, quaecumque subter terram sunt, in eo ipso loco, ubi ars magica exercetur: quod plerumque apud sepulcra fieri iam monuimus, itemque diximus, veterum fuisse opinionem, animas mortuorum circa ipsa sepulcra morari[1]); qua re explicantur, quae in reliquis occurrunt defixionibus: *δαίμονες οἱ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ἐστέ, δαιμόνιον πνεῦμα τὸ ἐνθάδε κείμενον*, quibus invocationibus etiam papyri magicae pluribus locis adsentiunt, et in ipsis nostris, de quibus agimus lamminis Cypriis n. I, 36: *ὑμεῖς οἱ ὧδε κάτω κείμενοι*, ubi localis vocis *ὧδε* vis est notanda. Sunt autem *ἀντιένειροι*, h. e. inferorum similes; *ἔνειροι* de inferis dici posse demonstravit Dieterich, quare ego, in testimonium vocatis locis ut e. g. Euripidei Ionis vs. 1557 *ἀνθήλιον πρόσωπον* (facies solis similis) *ἀντιενείρους* accipiam pro inferorum similibus: neque enim mere sunt inferi, qui per sepulcrum adhuc cum terra cohaereant precesque suorum exaudiant. Invocantur autem patres patrum matresque, ut Peregrinus Proteus *δαίμονας μητρῴους καὶ πατρῴους* invocavit (Luc. 36), ut immolatur dibus parentibus eius, qui devovetur CIL. X, 8249: quorum in officio fuisse, ut prognatos suos secum in sepulcrum raperent, putat Steuding apud Roscherum s. v. Inferi p. 259, qui plura de his attulit: sunt animae proavorum, quas apud veteres coli solitas fuisse notum est. Hos mortuos iacere in sepulcris mirum non est, magis mirum iam, eos sedere: sed reminiscimur sacrorum illorum, quae mortuis trigesimo post obitum die fiebant, ubi in iis quae sequebantur epulis affines sedebant, non accumbebant, ut et ipsi heroes in Lacedaemoniorum tabulis votivis non iacent, sed sedent[2]), unde factum esse puto, ut hos quoque daemonas sedentes sibi finxerint: quae si ita sunt, adducimur, ut in hoc verbo *καθῆσθε* reliquias inesse antiquiorum opinionum putemus, et originem carminis illius Orphici multo vetustiorem tabellis Cypriis esse sumamus. Versum quartum initio exiisse in *λιπόντες* cum Dieterico existimo, collata tabula n. XI, ubi extat *λαβόντες λιπόντες*, eumque nihil aliud dicere voluisse formula illa epica nisi 'qui olim mortui estis'. Posteriore autem tempore, ut ego conicio, divellebatur hoc initium carminis Orphici ab iis qui sequebantur versibus, et praefigebatur his diris, quae id agunt, ut alicuius *θυμὸν παραλάβωσιν.* Tum a mago, qui illas diras in verba concepit, exitus quarti versus consulto mutabatur in *θυμὸν λαβόντες*, ut magis idonei essent daemones ad consumendam iram, quippe qui ipsi quondam iram sumpsissent. Pessum dari hac mutatione, qua in papyro sua oriebatur lectio illa *λιποντες* (*λαβοντες*), ultimi versus sensum ille non curabat. Recordamur autem, cum hos versus legimus, hymni Orphici XXXVII in Titanas:

Τιτῆνες Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα,
ἡμετέρων πρόγονοι πατέρων, γαίης ὑπένερθεν
οἴκοις Ταρταρίοισι μυχῷ χθονὸς ἐνναίοντες
. . . .
7 *ὑμᾶς κικλήσκω μῆνιν χαλεπὴν ἀποπέμπειν,*
εἴ τις ἀπὸ χθονίων προγόνων οἴκοισι πελάσθη.

Una tamen extat tabella Cypria, quae initio paullo discrepat a reliquis, n. IV, cuius primos versus ita supplevi:

Δαίμονες οἱ κ]ατὰ γῆν καὶ δαίμονες οἵτινές [ἐσ]τε καὶ
πατέρες πατέρ]ων καὶ μητέρες ἀντιενείρ⟨ι⟩οι ἄνδριοι [ἠδὲ γύναιοι·
δαίμο]νες (οἵ)τινές ἐστε καὶ οἵτινες ἐνθά[δε κεῖσθε βίον λιπόντες
πολυκηδ]έα, βιοθάνατοι εἴτε ξένοι εἴτε ἐντόπιοι εἴ[τε ἄωροι εἴτε
ἄποροι ταφῆς], εἴτε ἀπὸ τῆς ἄκρ⟨ε⟩ας τῶν ἄστρων φέρεσθε εἴτε [ἐν
ἀέρι πο]υ πλάζεσθε· καὶ σὺ ὁ ὧδε κάτω κείμενος κτλ.

Quos versus e simili neque tamen ex eodem fonte quo reliquos derivatos esse statim videris, quare supplementa priorum versuum ex elementis primae tabellae propriis sumere potui. Vs. 2 post *ἄνδριοι* supplevi *γύναιοι* secundum IGSI. 872, 5 *θηλυκῶν καὶ ἀρρηνικῶν*, distinctionem gnosticae originis. Vs. 4 *ἄωροι εἴτε ἄποροι ταφῆς* sumptum e n. I, 31; quare hi una cum *βιοθανάτοις* (quorum unum genus praecipue laudatur n. VI, 17: *πεπελεκισμένοι* decapitati) et *πολυανδρίοις* praeferantur in arte magica, cum in tabellis, tum in papyris, mox explicandum erit. Ut versu quinto supplerem *ἐν ἀέρι πο]υ πλάζεσθε*, commotus sum loco Diogenis Laertii in vita Pythagorae extante VIII, 31: *ἐκριφθεῖσαν δὲ (τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ σώματος) ἐπὶ γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι . . . εἶναι δὲ πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι*: quae omnia a Pythagoreis e vulgaribus Graecorum opinionibus recepta esse putanda sunt, nec dubitandum, quin ne ab Orphicis quidem haec aliena fuerint, quorum sententias in altero tabellarum Cypriarum prooemio invenimus, quosque in multis rebus consensisse scimus cum Pythagora. Pergit autem Diogenes, et ea quoque Pythagoreis et Orphicis tribuere poterimus, animas mortuorum e corporibus agi a Mercurio, *καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον, τὰς δὲ ἀκαθάρτους . . . δεῖσθαι ἐν ἀρρήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐρινύων.* Sunt igitur apud inferos animae non purgatae, quae puniuntur a Furiis (*Ἐρινύες ὑποχθόνιοι* commemorantur a tabellis nostris n. I, 36, cf. vs. 44); eae, quae adhuc in gyro sunt animarum nondum purgatarum, *ἐν ἀέρι πλάζονται*, cum purgatae essent apud summum, cui loco corrupto (*εἰς τὸν ὕψιστον*) mederi quoquo modo temptabimus (*εἰς τὸ ὕψιστον, εἰς τὸν ὕψιστον τόπον*), intellegendus semper erit summus aether, in quo versantur astra; et apud astra esse animas purgatas putabant Pythagorei[1]): qua opinione optime explicatur illud *εἴτε ἀπὸ τῆς ἄκρας τῶν ἄστρων φέρεσθε*, iamque, cui religioni hoc quoque prooemium tribuendum sit, apparet.

De *ἀώροις καὶ βιαιοθανάτοις* in arte magica arcessitis iam supra diximus, et tabellam illam, quae inimicos devovit *μετὰ τῶν ἀώρων*, exemplum huius usus habuimus; simili modo in titulo sepulcrali Phrygio (BCH. XVII p. 272 n. 62 vs. 15) optatur, ut adversarius *τέκνων ἀώρων περιπέσοιτο συνφορᾷ.* Accedunt in tabellis Cypriis praeterea *πολυάνδριοι* h. e. animae eorum, qui una in proelio ceciderunt quorumque corpora in uno sepulcro sepulti sunt, ut tumulus ille Marathonius[2]) *πολυάνδριον* vocabatur (CIA. II, 471, 26); neque vero quod invocantur *ἄταφοι* mirum est; animas hominum non sepultorum vim habere hominibus apparendi eamque ob rem nocendi quoque inde ab antiquissimo tempore nota est religio.

Quibus perpensis de uno adhuc daemonum genere dicendum est, quod Carthaginienses implorant, *περὶ νεκυδαίμονος*, qui semper fere invocatur hac formula: *νεκυδαίμων ὅστις ποτ᾽ οὖν εἶ*, unde licebat papyri Anastasy

---

[1]) Rohde Psyche p. 650: *Der Seelencult denkt sie (die abgeschiedenen Seelen) sich als festgehalten im Bereich der bewohnten Erde, im Grabe oder in dessen Nähe dauernd oder zeitweilig sich aufhaltend, und darum den Gaben und Bitten der Ihrigen erreichbar.*

[2]) Rohde Psyche p. 214^{3}.

[1]) Rohde Psyche p. 385. $423^{3.4}$. 549. Eandem probat opinionem Kaibelii Epigr. n. 650, cuius versus secundus in fine posuit *οὐκέτι θνητός* e memoria Empedoclis (Diog. Laert. VIII § 62): *θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός* eamque ob rem ad Pythagoraeorum sectam accedit. Hic autem vs. 9 sqq. legimus:

ἐν δέ τε τεθνειῶσιν ὁμηγύριές γε πέλουσιν
δοιαί, τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ᾽ ἑτέρη τείρεσσι σὺν αἰθερίοισι χορεύει.

[2]) Rohde Psyche p. 651; Stengel apud Iw. Muellerum V, 3, 99; Plut. de Herod. malign. cap. 42, 872 *F*.

versum 340 νεκυδαιμων οστι | ειστετουτο ει corrigere. Hac igitur voce significari volunt eum, qui e mortali vel potius mortuo factus est daemo[1]), quare omnia genera animarum complectitur et maxime idoneum erat, quod invocaretur nomen, ubi preces quam certissime eum adirent, qui in sepulcro, in quod coniciebantur, dominabatur: eam ob rem additur etiam ὅστις ποτ᾽ οὖν εἶ. Atque hic dirae diriguntur manifesto ad daemonem eius, in cuius latent tumulo, quod antiquis temporibus numquam fiebat, quibus nulla intercedebat relatio inter devoventem et eum mortuum, apud quem defixionem suam condebat. Animam mortui in aëre vagari Pythagoreorum placitum fuisse supra vidimus; iam non multum deerat, ut animam ipsam sub imagine spiritus vel venti sibi fingerent: quae sententia ab antiquissimis temporibus usque ad recentiora tempora in variis duravit religionibus; ubi illa nobis tertio p. Chr. n. saeculo obviam fit (IGSI. 872, 4 πνεύματα, tabella Hadrumetana δαιμόνιον πνεῦμα), proximum est, ut eam Gnosticam esse putemus.

Magni igitur in recentiorum superstitione momenti daemonas varia sub forma fuisse vidimus, quorum officium, diris magicis oboedire vivisque hominibus nocere, permittit, ut intellegamus, quomodo factum sit, ut Christianorum scriptores δαίμονας omnino pro numinibus nocentibus acceperint, quamvis ne Christianos quidem a defixionum per daemonas exequendarum superstitione abstinuisse mox videbimus. Sed iam incidimus in tempora, ubi simplex numinum Graecorum invocatio omnino destitit; urgent enim promiscue Aegyptiorum dii et Iudaeorum deus.

Atque Aegyptiorum quidem, ut de his primum dicam, religionis vestigia reperiuntur in tabellis Cypriis, quod non mirabimur, cum Cyprum insulam diu sub Aegyptiorum dominatione fuisse sciamus, in tabula Hadrumetana, Alexandrina, Cumana, tabella altera Romae reperta, ubi Aegyptiorum cultus nec non in reliqua Italia late viguisse scimus (videas ea, quae allata sunt in lexico Roscheriano s. v. Isis p. 398—411). Primas inter Aegyptiorum deos partes agit Osiris, patronus eius qui scripsit tabellam Romanam: ἐπιτάσσεί σοι ὁ μέγας Ὄσειρις ὁ ἔχων ... τὴν κατεξουσίαν καὶ τὸ βασίλειον τῶν νερτέρων θεῶν, quorum verborum prima formulam continent magicam, quae in papyris multis locis reperitur, quaque deus alter cogitur, ut oboediat alterius auctoritati, e. g. pap. Par. 253 ἐπιτάσσει σοι μέγας θεός, 1038 ἐπιτάσσει σοι ὁ μέγας ζῶν θεός, 2093 ἐπιτάσσει σοι ὁ ἅγιος θεὸς Ὄσιρις κμηφιστρω. Inferorum autem deum fuisse Osirim scimus e Plutarcho, de Iside et Osiride cap. 78 p. 382*E*: ὡς ὁ θεὸς οὗτος (Ὄσιρις) ἄρχει καὶ βασιλεύει τῶν τε τεθνηκότων οὐχ ἕτερος ὢν τοῦ καλουμένου παρ᾽ Ἕλλησιν Ἅιδου καὶ Πλούτωνος; quare ad Osirim inferorum regem referre nobis licebit eas invocationes, quae occurrunt apud Cumanos: ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς ἐξεγέρθητι, ὁ τῶν φθιμένων βασιλεὺς ἐξανάστηθι μετὰ τῶν καταχθονίων θεῶν, Cyprios n. I, 43: ἔγειρον δέ μοι καὶ σὺ ὁ ἔχων τὸ ὑπόγειον βασίλειον πασῶν τῶν Ἐρινύων, n. IV, 12: δέσποτα τῶν ὑπὸ χθόνα δαιμόνων. Quae subinde sequuntur in tabella illa Romana: ὅτι οὗτος (scil. is, qui devovetur) ἐστὶν ὁ καύσας τὸν παπυρῶνα τοῦ Ὀσείρεως καὶ ὁ φαγὼν τὰ κρέα τῶν ἰχθύων accipienda sunt ut calumniae in adversarium derectae, quibus tamquam sceleratus pingeretur quibusque Osiris facilius commoveretur, ut precibus invocantis aurem praeberet. Quae invocationis forma haud ita inusitata est, e. g. in papyro Parisina bis occurrit Διαβολὴ quaedam πρὸς Σελήνην, quam Wessely p. 7 restituit: ibi inimica introducitur deam ipsam calumniis persequens, vs. 14 sqq.:

ἡ δεῖν᾽ ἔλεξε τοῦτό σε δεδρακέναι τὸ πρᾶγμα·
κτανεῖν γὰρ ἄνθρωπον σ᾽ ἔφη, πιεῖν τὸ αἷμ᾽ ἀνθρώπου,
σάρκας φαγεῖν μίτρην τε σὴν εἶναι τὰ ἔντερ᾽ αὐτοῦ
καὶ δέρμ᾽ ἑλεῖν δόρκης ἅπαν κεὶς τὴν φύσιν σου θεῖναι,
αἷμ᾽ ἱέρακος πελαγοδρόμου καὶ κάνθαρον τροφήν σοι.

Hic vero adversarium suum non solum deo maledicentem, verum etiam corpus eius violantem finxit: quaė enim res sit cum piscibus, quos ille comedisse dicitur, apparet e Plutarcho (de Is. et Osir. c. 18 p. 358*B*): μόνον δὲ τῶν μερῶν τοῦ Ὀσίριδος τὴν Ἶσιν οὐχ εὑρεῖν τὸ αἰδοῖον· εὐθὺς γὰρ εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφῆναι καὶ γεύσασθαι τόν τε λεπιδωτὸν αὐτοῦ καὶ τὸν φάγρον καὶ τὸν ὀξύρυγχον, οὓς μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀφοσιοῦσθαι. Referantur haec ad fabulam illam de Osiride a Typhone interempto et in arcam incluso, quam arcam in Nilum flumen coniectam Isis reperit: tum Typho eam diripuit corpusque Osiridis in frustula discerpsit, quae Isis postea composuit. Hanc arcam Plutarchus ligneam fuisse tradit (ξύλινον σορόν de Is. et Osir. c. 8 p. 354*A*); sed Aegyptiorum morem fuisse scimus, ut corpus mortuum, priusquam arcae ligneae imponeretur, velamento papyraceo cadaveris formas exprimente circumdaretur[1]): atque hoc velum παπυρῶνα Ὀσείρεως fuisse, quem sceleratus ille combussit, putaverim. Fortasse ad eandem religionem, Aegyptiacam de Osiride dico, pertinet ἡ ἀνενεγκαμένη Μελιούχου τὰ μέλη καὶ αὐτὸν Μελιοῦχον, quae occurrit apud Cyprios atque Alexandrinos. Μελιοῦχον inferorum numen esse demonstravit Dieterich Nekyia 56[2]; μέλη partes fuisse, in quas Osirim discerpsit Typhon, e voce διαμελισμός (Plut. de Is. et Osir. c. 11 p. 355*B*, c. 20 p. 358*E*) apparet. Iam Osirim mortuorum praepositum fuisse scimus eumque post διαμελισμόν illum ab Iside compositum esse et in Aegyptum relatum; Isis hanc ob causam suo iure audit ἡ ἀνενεγκαμένη Μελιούχου τὰ μέλη καὶ αὐτὸν Μελιοῦχον. Neque abhorret ab hac coniectura, quod in tabella Alexandrina Hecata Meliuchi membra refert, nam Hecatam et Isidem in unam coaluisse deam non ignoramus (Roscher s. v. Isis 468). Semel praeterea Aegyptiorum dea Nephtho invocatur in tabella illa gnostica Puteolis reperta.

De elementis vero Iudaicis, quae diris immiscentur, difficilior quaestio est, quoniam arte cum religione illa cohaerent Christianorum et Gnosticorum doctrinae, neque semper diiudicare poterimus, cui harum religionis formarum adscribendae sint formulae quaedam vel nomina; e. g. primo obtutu mere Iudaica videtur magna illa defixio Hadrumetana, sed erratur in nominibus ipsis Iudaeis notissimis Israel (Ἰσράμα bis) et Isaac (Ἰάκου bis), unde conclusit Maspero, magum illum, qui Domitianae hanc devotionem conscripsit, nec paganum, ut hoc verbo utar, fuisse, cum auxilium paganorum deorum non imploraret, neque Iudaicum, cum notitiam nominum apud Iudaeos tritissimorum non haberet, sed Christianum, qui superficiem tantum attigisset Iudaicae religionis: cui convenit, quod δαιμόνιον πνεῦμα initio invocatum gnosticum esse supra diximus. Fiunt in tabella nostra artes magicae per Iudaeorum deum Ἀὼθ Ἀβαώθ, quae epitheta derivata esse a Sabaoth apparet, deum, qui adiuvit Abraam Isaac Israel[2]), qui creavit mundum, cuius creationis singulae partes enumerantur secundum traditionem librorum sacrorum, e versione vulgata desumpta: e qua omnino universa fere dei cognomina petita sunt: ὁ διαχωρίσας τοὺς εὐσεβεῖς, ὁ διαστήσας τὴν ῥάβδον ἐν τῇ θαλάσσῃ, et quae similia sunt; ὁ καινίζων πάντας τοὺς κατοικοῦντας ad tempora post diluvium referatur. Singulariter huc incidit versus 16: τὸν ποιήσαντα τὴν ἡμίονον μὴ τεκεῖν: mulam non parere crediderunt veteres idque inter mirabilia habuerunt: quae de ea quaestione scripta erant, excerpsit Plutarchus in Placitis philosophorum V c. 14 p. 907*B* διὰ τί αἱ ἡμίονοι στεῖραι (citantur Alcmaeo Empedocles Diocles); ut mirum quoddam factum haec res in artem magicam transiit (Marcell. Emp. c. VIII § 191 *nec mula parit*), hoc autem loco dei omnipotentiam significat. Terror, in quem dei maiestas exoriens universam creationem conicit (δαίμονες ... περίφοβοι γενόμενοι, qui Iudaici non sunt; ἔκτρομος ἡ γῆ; ὃν τὰ ὄρη τρέμει καὶ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλαττα κτλ.), etiam in papyris canitur, ut Parisina vs. 245: ὃν τρέμει γῆ βυθὸς ἅιδης οὐρανὸς ἥλιος σελήνη χορὸς ἄστρων ἐπιφανὴς σύμπας κόσμος, ὅπερ ὄνομα ῥηθὲν θεοὺς καὶ δαίμονας ἐπ᾽ αὐτὸ βίᾳ φέρει (de Typhone); ibidem vs. 3071 invocatur deus τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ Ἰάεω βαρρενυζουν ... ὃν τρέμει γέννα πυρὸς καὶ ... πᾶν ὄρος ἐκ θεμελίου φοβεῖται· ὁρκίζω σε πᾶν πνεῦμα δαιμόνιον τὸν ἐφορῶντα ἐπὶ γῆς καὶ ποιοῦντα ἔκτρομα τὰ θεμ(έ)λια αὐτῆς καὶ ποιήσαντα τὰ πάντα ἐξ ὧν οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, ubi paullo post additur vs. 3083: ὁ γὰρ λόγος ἐστὶν ἑβραϊκὸς καὶ φυλασσόμενος παρὰ καθαροῖς ἀνδράσιν. Tenor tabellae Hadrumetanae est φιλτροκαταδέσμου, qui cum praeceptis ab ipsis papyris datis vel in minutissimis consentit; sic in fine legitur ἤδη ἤδη· ταχὺ ταχύ, quo celerius votum exaudiatur: quae clausula praescribitur e. g. pap. Par. 1923: ἄγε μοι τὴν δεῖνα τῆς δεῖνα ἐμοὶ τῷ δεῖνα· ἤδη ἤδη, ταχὺ ταχύ et occurrit in defixionibus Carthaginiensibus: ἤδη ταχύ, ἤδη ἤδη ἤδη ταχὺ ταχὺ ταχύ, ἤδη ἤδη ἤδη ταχὺ ταχὺ ταχέως. Sed redeamus ad Iudaeos, quorum vestigia in reliquis tabellis rarius apparent: deus eorum inter syncretismi numina receptus una cum illis invocatur: in tabella Cumana Ἰάω, in Puteolana Σαβαὼθ Σαβαὼθ ἅγιον ὄνομα Ἰάω Ἦλ, quibuscum coniunctus Μιχαήλ invocatur e Gnosticorum mundi ordine notus; in Carthaginiensibus Ἰάω Ἰαή, Ἰακοὺβ Ἰαίω, CIL. VIII suppl. n. 12511 vs. 23: κατὰ τοῦ ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ θεοῦ τοῦ καθημένου ἐπὶ τῶν Χερουβί (Wessely Eph. gr. 523, pap. Par. 700 ὁ ἐπὶ τὰ Χερουβὶ

---

1) Rohde Psyche 95[2].

1) Stein ad Herodotum II c. 86.

2) De Iudaeorum religionis vestigiis in papyris observatis cf. Wessely 1888 p. 11, 1893 p. 11.

καθήμενος), ὁ διορίσας τὴν γῆν καὶ χωρίσας τὴν θάλασσαν, quae nobis statim tabellam Hadrumetanam in mentem revocant. In tabellis Cypriis imploratur n. I, 46 ὁ ἔχων τὸ αἰθέριον βασίλειον ... ἐν οὐρανῷ Ἰάω καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ... Ἰάω, cum reliqua magna ex parte Orphica esse supra viderimus. Quam late autem percrebruerit illa Iudaeorum superstitio, huius rei testis luculentissimus tabella illa Megaris reperta est, quae inimicum devovet deosque cogit ἁβραϊκοῖς ὁρκίσμασιν.

Haec habui, quae de invocatione deorum dicerem, quatenus in tabellis recentioris aetatis occurrunt. Restat, ut nonnulla de ipsis devovendi formulis addam, quas apud Atticos plerumque simplici verbo καταδῶ constitisse scimus. Neque aliud est, cum de daemonibus adiuvantibus in tabellis Cypriis dicitur (n. I, 42): φιμώσουσιν Hesych. (φιμόω = δεσμέω), coercebunt, unde defixio ipsa audit φιμωτικὴ παραθήκη n. I, 39 et φιμωτικὸν κατάθεμα n. I, 22, quae verba e Pap. CXXI quoque nota sunt: φιμωτικόν 404, φίμωσον 1031 (CXXIII, 4). Singulares formulas esse in tabellis Carthaginiensibus non miraberis, quippe quae ab agitatoribus dirigantur in equos (ἐμπόδισον ἔκκοψον ἐκνεύρωσον) et rivales (ἐντύλιξον τοὺς μάστιγας κτλ.). Tabella vero Hadrumetana ut amatoria id agit, ut deus amatum velit ad amantem feminam ἀγαγεῖν et cum illa ζεῦξαι. Modo iam diximus de devotionibus amatoriis, quarum Atticum exemplum est n. 78: Ἀριστοκύδη (καταδῶ) καὶ τὰς φανουμένας αὐτῷ γυναῖκας· μήποτ᾽ αὐτὸν γῆμαι ἄλλην γυναῖκα μηδὲ παῖδα. Nunc huius dirarum generis praecepta, quae nobis papyri servaverunt, exempli causa proferamus: φιλτροκατάδεσμος sunt pap. Par. versus inde a 295, quos in Museo Rhenano XLIX p. 49 edidit Kuhnert et restituit. Nostra interest vs. 349 sq.: καὶ ἆξον | καὶ κατάδησον· ἆξον τὴν δεῖνα ἣν (ἡ) δεῖνα (ἔτεκεν) — ἔχεις τὴν οὐ|σίαν — φιλοῦσάν με τὸν δεῖνα ὃν ἔτεκεν ἡ δεῖνα· μὴ βινη|θήτω μὴ πυγισθήτω μηδὲ πρὸς ἡδονὴν ποιή|σῃ μετ᾽ ἄλλου ἀνδρὸς εἰ μὴ μετ᾽ ἐμοῦ μόνου τοῦ δεῖνα· | ἵνα μὴ δυνηθῇ ἡ δεῖνα μήτε π(ι)εῖν μήτε φαγεῖν | μὴ στέργειν μὴ καρτερεῖν μὴ εὐσταθῆσαι· μὴ ὕπνου | τυχεῖν ἡ δεῖνα ἐκτὸς ἐμοῦ τοῦ δεῖνα. Si praescribitur in hac papyro, id quod etiam in tabellis nostris interdum servatur, ut is qui devoveatur non e patre, sed e matre nominetur, hoc e barbarorum more sumptum esse facile concedo; sed cum in diris praecipue id agerent, ut certo describeretur is, in quem illas erant acturi, nonne fortasse meminerunt Graecorum opinionis, quam Euripidei illi versus exprimunt (fragm. 1015): αἰεὶ δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός· ἣ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν ὄνθ᾽, ὃ δ᾽ οἴεται?

Sed iam ad precum redeamus formulas, quarum novum accedit genus, quod artissime cohaeret cum arte magica neque tam eo dirigitur, ut numina invocata supplicium sumant de adversario, quam eo ut rite se invocata esse demonstrent apparitione sua. Cuius rei primum est, ut expergefiant: daemones enim apud inferos, ubi nihil agunt, sopore quodam oppressos sibi fingebant veteres (Cumana ἐξεγέρθητι, Cypria ἔγειρον) deinde vocem audiant defigentis (hic primum saepius occurrunt verba ὁρκίζω, ἐξορκίζω): Hadrumetana vs. 3 ἄκουσον τοῦ ὀνόματος ἐντειμου, n. I, 24 ἀκούσατε τοῦ μεγάλου ὀνόματος; et surgat illi morem gesturus (ἐξανάστηθι Cum.); tum illi auxilio veniat (ἔλθετε, ἄπελθε), devotioni oboediat, illam perficiat, perfectam custodiat, ne effectum suum amittat: Alexandrina vs. 4 τελειώσατέ μοι τὴν πραγματείαν ταύτην, ποιήσατε τὴν πρᾶξιν τήνδε bis (scil. magicam), vs. 31 τηρῆσαί μοι τὸν κατάδεσμον καὶ ποιῆσαι αὐτὸν ἐνεργῆ, vs. 15 τηρεῖτε; Cypriarum n. VI, 34 καταφράξατε (custodite?) fortasse et ipsum huc referendum est. Haec omnia vel in minutiis respondere praeceptis a papyris magicis datis unicuique statim in mentem veniet: singula singularum actionum exempla attulisse satis habebo: pap. Par. 2263 ἔγειρε σεαυτήν, 1424 ἐπακούσατέ μου, 2564 ἐλθὲ ἐπ᾽ ἐμαῖς θυσίαις, 2356 τέλει μοι; sic hic quoque, quae in papyris praescribuntur, servari in monumentis videmus.

Certum quoddam genus formularum, quod a dirarum scriptore averteret contagium devoti, additum esse iam in tabella Bruttia monuimus neque Cnidias eis carere diximus: n. 81 ἐμοὶ δὲ ὅσια εἰς βαλανεῖον καὶ ὑπὸ ταὐτὸ στέγος εἰσελθεῖν καὶ ἐπὶ τὰν αὐτὰν τράπεζαν, n. 85 Ἀρά malum ne faciat devoventi mulieri ὁμοστεγαστάσῃ ἢ ᾧ ποτε τρόπῳ ἐπιπλεκομένῃ. Haec clausula saepius variata occurrit; n. 83 compendiose dicitur ἐμοὶ μὲν ὅσια, τοῖς δὲ μὴ ἀποδοῦσιν ἀνόσια: mihi bono, illis malo eveniat talis contactus. Aliter vero accipienda est formula simillima, quae legitur n. 93*a*: ἀποδόντι μὲν ὅσια, μὴ ἀποδόντι δὲ ἀνόσια, quae ita vertenda sunt: *si reddit, bono, si non reddit, malo illi haec scriptura vertat.* Innuitur his verbis facultas, vinculum magicum solvendi: si is, quem devoverant, pro eo scelere, ob quod defixus erat, satis fecerat, eadem arte magica, qua ligatus erat, solvi quoque poterat, aut ab eo ipso, qui diras confecerat, aut a mago, validiorum formularum, quam quae ipse is qui devovet adhibuerat, gnaro. In tabellis scelerum indicatoriis, qui luci expositae erant, haec solutio facillime fiebat deletis tabellis; ubi vero illae in sepulcris latebant, difficilior res erat: tum novus erat scribendus titulus, qui prioris tenorem ad irritum redigeret: talem habemus ad hunc diem servatum titulum CIG. 3442 in Asia Minore repertum: Μηνὶ Ἀζιοττηνῷ· ἐπεὶ Ἑρμογένης Γλύκωνος καὶ Νιτωνὶς Φιλοξένου ἐλοιδόρησαν Ἀρτεμίδωρον περὶ οἴνου, Ἀρτεμίδωρος πιττάκιον ἔδωκεν· ὁ θεὸς ἐκολάσατο τὸν Ἑρμογένην, καὶ εἱλάσατο τὸν θεὸν καὶ ἀπὸ νῦν εὐδοξεῖ, ubi πιττάκιον ἔδωκεν aperte dictum est de tabella plumbea devotoria Meni Aziotteno data[1]). Videmus autem ex hoc titulo, veteres certam posuisse fidem in harum tabellarum effectu; deus enim punivit Hermogenem; cuius rei in tabellis nostris duo alia habemus exempla: CIL. I, 819, ubi numini infernali in mentem revocatur: *habes Eutychiam Soterichi uxorem* h. e. illam tabella mea commotus absumpsisti, absume iam Danaën; et tabellam Atticam n. 102*b* 17: ὦ δαῖμον παρὰ σαυτῷ Γαλήνη eandem in modum explico. Sequebatur ex hac fiducia, ut vel sacrificia promitterent diis, si illi morem gessissent devotionibus, ut n. 109 Μανοῦς κακῶς πράξαντος εὐαγγέλια θύσω promittitur. Neque tamen semper hanc tabellarum defixionem satis efficacem putarunt, quare ad alias quoque artes magicas quasi auxiliares confugerunt. Monuimus supra, tabellae Africanae adpictum gallum esse, ad quem referri versus: ὡς οὗτος ὁ ἀλέκτωρ καταδέδεται, οὕτως κτλ., qua de re in papyro magica secundum quam conscripsit agitator ille tabellam suam, tale aliquod praeceptum fuisse cogitare possumus: λαβὼν δὲ ἀλεκτρυόνα καὶ δήσας αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπίλεγε· ὡς οὗτος κτλ. .. τὰ δὲ αὐτὰ γράψας εἰς μολυβοῦν πέταλον κτλ. Secundum magorum usum galli figuram etiam in tabella una Cypria adpictam esse vidimus. Artis somnia secundum vota formandi, quae saepius describitur (cf. Dieterich Pap. mag. p. 800 Ὀνειροπομπός) indicium fortasse fert tabella Attica n. 90*b*: καὶ κατακοιμωμένῃ κα(τ)αντῇ, dormienti obviam fiat (umbra mortui). Bis etiam ars magica per potum facta adhibetur in Atticis, siquidem recte supplevi n. 55 ἐμ [πο]τῶι secundum n. 99: τὸ δὲ ποτὸν ὅταν πίῃ ἀφ᾽ ἡμῶν. Cnidiarum quoque tabellarum ob eandem rem una (n. 91) ad nos pertinet; mulier enim, quam calumniati erant, tabellam scripsit se defendentem ab opprobrio, quod fabricasset φάρμακον ἢ ποτὸν ἢ κατάχριστον ἢ ἐπακτόν, ubi quid sint priora patet: venenum vel potum magicum vel unguentum. ἐπακτόν quomodo explicem, haereo: aut enim conecto cum Athenaei II p. 52*d*: ἐπακτικώτατα πρὸς ποτὸν τὰ ἀμύγδαλα, ut sit *remedium incitatorium*, scil. ad amorem; aut supplere velim νόσον vel νόσημα, ad Sophoclis Trachiniarum vs. 491 exemplum, ubi νόσος ἐπακτός significare videtur morbum ab altero illatum.

Atque haec quidem sufficiant de Graecorum tabellis plumbeis devotionum allata; prius autem quam huius ritus historiam paucis verbis adumbrare possimus, necesse est, aliarum quoque gentium usum similem in comparationem vocemus; quare in Italiam transeamus, cuius terrae incolae et ipsi devotiones plumbo mandarunt. Testes quantum potui collegi plurimos Latinorumque omnes me coegisse spero, reliquarum duas tantum dedi tabellas Oscas, cum et Oscas et Etruscas a viro illarum linguarum peritissimo propediem denuo tractatum iri sperem.

Atque Oscas illas transscripsi e Zvetajeff, Sylloge inscriptionum Oscarum, parte priore, ubi altera extat p. 30 n. 49, quae sic describitur:

---

[1]) Eiusdem generis videtur esse titulus quidam, quem mihi communicavit Ziebarth: Μουσ. κ. Βιβλιοθ. τῆς ἐν Σμύρνῃ Εὐαγγ. Σχολ. V, 84 n. φοζ′, ubi dirae concluduntur his verbis: Τατιὰς οὖν ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ἔλοισε τοὺς ὅρκους καὶ νῦν εἱλασαμένη εὐλογεῖ Μητρὶ Ἀρτέμιτι καὶ Μηνὶ Τιάμα. — παραγράφει Ἀπολλώνιος τὸν βεβληκότα τὸ πινακίδιον ibid. n. 49 e Maeonia.

Lammina plumbea convoluta in sepulcro quodam oppidi S. Maria di Capua Vetere anno 1857 effossa, nunc in Museo Neapolitano.

steni klum. vírriis	Stenius Clumnius? Virrius
tr flapiu. virríiis	Trebius ..... Virreius
pl. asis bivellis	Pl. Assius Bivellius
úppiis · helleviis	Oppius Hellevius.
luvikis · úhtavis	Lucius Octavius
statiis · gaviis · nep · fatium · nep · deikum · putians	Statius Gavius nec fari nec dicere possint.
luvkis · uhtavis · núvellum · velliam ·	Lucius Octavius Novellum Velliam
nep · deikum nep · fatium pútiad	nec dicere nec fari possit,
nep · memnim · nep · úlam · sífeí · heriiad.	nec monumentum neque ollam sibi velit.

Altera tabella Osca ibidem invenitur n. 50:

Lammina plumbea convoluta, reperta in sepulcro prope Capuam veterem, quam sibi comparavit de Duhn misitque Buechelero, a quo publici iuris facta est (*Rhein. Mus.* XXXIII p. 1 sqq.) et donata Museo Neapolitano.

Keri arentik[ai man]afum pai pui ... heriam suvam legin — —
usurs inim malaks nistrus pakiu kluvatiud valamais p[ukeu] anikadum damia —
leginum aflukad idik tfei manafum vibiiai prebaiam pu . ulum da[da]d keri ar[entikai inim]
valaimas puklum inim ulas leginei svai neip dadid lamatir akrid eiseis dunte —
inim kaispatar i[nim] krustatar svai neip avt svai tiium idik fifikus pust eis —
pun kahad avt n... rnum neip putiiad pun um kahad avt svai pid perfa — [neip
putiiad nip hu[n]truis nip supruis aisusis putiians pidum putiians ufteis ud —
valaimas puklui pun far kahad nip putiiad edum nip menvum limu pi —
pai humuns bivus karanter suluh pakis kluvatiis valaims puk turumiiad —
vibiiai akviiai svai puh aflakus pakim kluvatiium valaimas puklui supr —
inim tuvai leginei inim sakrim svai puh aflakus huntru steras huntru sa —
valaimais puklu avt keri aret[ikai] avt ulas leginei — as trutas tus —

Cereri ultrici mandavi quae qui ... arbitrium suum potestat — —
— orus et mollis propiores Paquio Cluatio dis Manibus — —
potestatem deferat, id tibi mandavi. Vibiae prae — am — um reddat Cereri ultrici et
dis Manibus et sepulcri potestati, si nec reddit, veneat. Acri eius —
et caedatur et cruentetur. Si nec, aut si tu id decreveris postea —
cum capit aut — num, ne possit. Cum — capit aut si quid perfic — [ne
possit. Nec inferis nec superis sacrificiis possint, quidquam possint — —
di Manes. Cum far capit ne possit edere nec minuere famem —
quae homines vivi pascuntur. Denique Paquius Cluatius dis Manibus tabescat —
Vibiae Aquiae sive detuleris Paquium Cluatium dis Manibus supra —
et tuae potestati et sacrum sive detuleris infra — as infra —
dis Manibus aut Cereri ultrici aut sepulcri potestati — certas —

Extrinsecus quoque inscriptus erat versus unus.

Nuperrime tractatae sunt hae dirae a viro docto Pascal (*La tavola osca di esecrazione, Memoria presentata alla R. Accad. di Archeol., Lett. e belle Arti, Napoli* 1894), qui supplendo et corrigendo multis locis a Buechelero discrepat: quod utrum ratione fecerit necne diiudicare meum non esse ratus Buechelerum sum secutus.

De ipso dirarum tenore pauca sunt addenda. Priore tabella nominum series devovetur, accedunt inimicorum ἔπη καὶ ἔργα et sepultura, qua re iis aeterna adimatur quies. Lucium Octavium bis devoveri mirum non est (in tabellis Atticis bis devovetur Echephro n. 21, Praxias n. 31) neque hoc semel nominativo semel accusativo casu fieri, quod in Atticorum tabellis fieri saepius monuimus (cf. n. 13). Alterius tabulae patrona Ceres est ultrix, de qua supra diximus; formulae sunt ampliores. Vs. 9 tabescat scil. igni interno, πεπρημένος [1]).

[1]) Inter Wuenschium meque convenerat, ut et textum et versionem lamminarum Oscarum, dum imprimuntur, secundum meum arbitrium corrigerem. Et sane non pauca sunt, quae aliter atque nunc leguntur constituta vellem. Velut ut gravissimum fere quod videtur afferam, verissime mihi nuper Pascal expulsis dis Manibus vocabula illa *valaimas puklum* Valaemae filium interpretatus esse videtur. Neque nunc postquam, qui drevera πεπρημένος in tabulis Cnidiis significet, exploratum est (Kuhnert *Rhein. Mus.* XLIX p. 39), invenietur, qui *lamatir* idem quod *veneat* esse contendat. In altera autem tabula sunt, de quibus vehementer dubitem, velut *monumentum* et *olla* et nominum, quae creduntur propria, ratio interdum permira. Verum haec et talia mutandi aut significandi occasionem typothetae nimia mihi ademit festinatio. Ergo quod unum facere possum, faciam: addam tertiam devotionem Oscam in *Indogerm. Forschungen* II p. 435 primum editam. Nam cur desit, eo minus mihi causae videtur, quia devotionis iudiciariae unicum exemplum Italum videtur. Neque tamen totam addam, sed omittam fragmenta quattuor prima nihil fere nisi nominum propriorum particulas continentia. Reliquam partem, quod multo pleniorem et correctiorem proponere possum quam l. l. factum est, id beneficium ipsi editori Rudolfo de Planta debetur, qui lectionis iteratae fructum ut hoc loco publici iuris facerem, humanissime permisit.

Sed iam ad Latinorum accedamus tabellas plumbeas, quas primum colligendas, collectas explicandas esse putavi:

uppis] mut[ti]lli[is .....
gnai]vs fuvfdis ma[raheis *sive* ma[ieis
dekis buttis
dekis rahiis maraheis niir kulupu
dkuva (?) rahiis upfalleis
marahis rahiis papeis
dekis hereiis dekkieis saipinaz
maras rufriis maras blaisiis marah[ei]s
dekkieis rahiieis uppiieis muttillieis
dekkieis heriieis akkatus inim trstus
sullus inim eisunk uhftis
sullud [s]ullas.

Supplementa itemque versionis maior pars nulli dubitationi obnoxia. Sunt plerumque nomina (praenomen, gentilicium, genetivus praenominis paterni in *-eis* exiens; semel accedit gentile suffixo *-ati-* terminatum *saipinaz* 'Saepino oriundus'); *niir* vs. 4 editori est coniunctivus passivi, *kulupu* idem quod culpa. Iam postquam, qui devoventur, enumerati sunt nominativo casu, trium devotorum nomina redeunt genetivo casu prolata. Apparet devoveri horum hominum necessarios quosdam, *akkatus* et *trstus*. De his vocabulis postmodo accuratius dicam in Bezzenbergeri symbolis; verto autem inde a vs. 9: »Decii Rahii, Oppii Muttilii, Decii Hereii advocatos et testes omnes et eorum optata (?) omnino omnia«. — Denique addo duas devotiones Etruscas, inscriptiones dico Volaterranam CII. 314—316 Fabrett. = CIE. 52 Pauli et alteram Campigliae Marittimae inventam *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei, scienze morali, ser.* IV *vol.* VII (1891) *sem.* 2 p. 431 sq. = *Notizie degli scavi* 1895 p. 334 sqq., quas defixiones esse mea est conicetura (*Indogerm. Forschungen* V p. 259 not. 1) eaque ut puto certa. — Quod autem Dveni quoque titulum, qui inter latinos vetustate secundum locum obtinet, R. S. Conway *American Journal of Philology* X p. 445 sqq. defixionem esse voluit, id omni caret probabilitate. F. Skutsch.

CIL. I, 818 = VI, 140. Lammina plumbea olim duplicata, reperta ad viam Latinam inter sepulcra, aut extremo liberae rei publicae tempore aut aetate Augusti confecta. Extat in Museo Kircheriano.

A

Quomodo mortuos, qui istic sepultus est, nec loqui nec sermonare potest, seic Rhodine apud M. Licinium Faustum mortua sit nec loqui nec sermonare possit.
Ita uti mortuos nec ad deos nec ad homines acceptus est, seic Rhodine aput M. Licinium accepta sit et tantum valeat quantum ille mortuos quei

B

istic sepultus est.
Dite Pater, Rhodinen tibi commendo, uti semper odio sit M. Licinio Fausto.
Item M. Hedium Amphionem.
Item C. Popillium Apollonium.
Item Vennonia Hermiona.
Item Sergia Glycinna.

CIL. I, 819 = VI, 141. Lammina plumbea olim in volumen complicata filoque ferreo clausa, reperta extra portam Latinam, paullo recentioris aetatis quam ea, quae antecedit defixio.

Danaë ancilla no(v)icia Capitonis. Hanc (h)ostiam acceptam habeas et consumas Danaëne(m). Habes Eutychiam Soterichi uxorem.

CIL. I, 820 = X, 1604. Parva lammina aerea duplicata et filo clausa, cuius foramina remanent, reperta Cumis in sepulcro, nunc Neapoli in Museo. Eiusdem aetatis cuius n. 818.

Nomen delatum
Naeviae L. l.
Secundae · seive
ea alio nomine
est.

Garrucci *Bull. dell' Inst.* 1860 p. 70; Riess *Rhein. Mus.* IL p. 183[1]; Steuding apud Roscherum s. v. Inferi p. 258. Lucerna fictilis Musei Kircheriani.

Helenus suom nomen d[is] inferis mandat. Stipem strenam lumen suom secum defert. Ne quis eum solvat nisi nos qui fecimus.

CIL. II, 462. Tabella marmorea Emeritae Hispanorum reperta.

Dea Ataecina Turibrig(ensis) Proserpina, per tuam maiestatem te rogo oro obsecro, ut vindices quot mihi furti factum est; quisquis mihi imudavit involavit minusve fecit eas [res], q(uae) i(nfra) s(criptae) s(unt): tunicas VI ... [p]aenula lintea II, in[dus]ium cuius ....m ignoro ...... [eum tu pessimo leto adficias *vel simile quid*].

Alteras diras marmori insculptas nobis tradidit titulus CIL. VI, 20905, Buecheler Carm. lat. epigr. I, 95 (hic stigmata aeterna Actae libertae scriptae sunt *eqs.*).

CIL. III suppl. n. 11882. Lammina plumbea e sepulcro Brigantii in Norico eruta, non clavo percussa, sed planitiei cuidam rotundae affixa.

A	*B*
Domitius Niger et	vos omn[es q]ui illi
L]ollius et Iulius Severus	mali [f]uera[t]is dari
et Severus Nigri ser(v)us adve[rs-	ad mo ....
a(rii) Bruttae et quisquis adve-	minore ....
rsus il(l)am loqut(us est) omnes	....
perdes.	..... Valerium
	....

Ibidem publicantur (n. 11883) duae tabellae plumbeae bis scriptae, quarum usus qualis fuerit ignoratur.

CIL. VII, 140. Lammella stannea in Britannia (*Lydney Park*) reperta.

Devo Nodenti. Silv⟨l⟩anus anilum perdedit, demediam partem donavit Nodenti; inter quibus nomen Seniciani nollis pe[r]mittas sanitatem, donec perferat usque templum Nodentis.

»Silvanus divo Nodenti dimidiam partem pretii anuli perditi sic donavit, ut ad fures detegendos anulumque recuperandum sibi praesto esset. Putat inter fures nomen Seniciani esse: ei noli sanitatem permittere, donec anulum perferat ad templum.«

Hübner Exempla scripturae epigraphicae latinae n. 947. Lammella plumbea reperta ad aquas Sulis in Britannia (*Bath*).

»Miro artificio vocabula singula excepto nomine Annii a dextra ad sinistram procedunt. Saeculi videtur esse secundi exeuntis tertiive ineuntis.«

Q(ui) mihi ma(n)teliu(m) in[v]olavit
sic liquat ⟨c⟩com aqua
ella m[u]ta ni q(ui) eam [sa]lva-
vit Anniu(s) vel exs-
uper e(i)us [V]erianus Se-
verinus A(u)gustalis Com-
itianus Catusminianus
Germanill[a] Iovina.

CIL. VIII suppl. n. 12504—12507. Tabellae plumbeae Carthagine in sepulcreto aetatis imperatoriae repertae. Delattre *Revue archéol.* XII p. 157 seq.: *Quelques-unes étaient fixées aux parois du cippe à l'aide d'un clou de cuivre, qui en transperçait tous les plis. Une de ces lamelles non repliée semblait avoir été déposée à dessein sur deux crânes, peut-être deux têtes de décapités, car ils n'appartenaient pas à des corps incinérés et nous n'avons pu trouver à côté des traces de squelettes.* Adservantur in Museo S. Ludovici.

CIL. VIII suppl. n. 12504 (Buecheler *Rhein. Mus.* XLI p. 160). Agitatoris dirae, quibus circi imaginem adpinxit.

.... ΚΑΒΙΑΚΚΡΑΚΚΡΟΥ			
....		Sidereus	B
....		Igneus	P
....		Turinus	A
....		Martius	X
.	F]renalius	Rapidus	Θ
.	V]enator	Arminius	A
.	Exs]uperus	Inpulsator	B
.	Augur	Castalius	P
.	Volens	Gelos	A
Α	Sidereus	Piropus	X
Κ	At(t)onitus	Euginis	Θ
Κ	[V]eronica	Anim(a)tor	A
		Bla(n)dus	X
Ρ	Crysiph	Sidonius	Θ
Α	ys	Omnipotens	A
		Aquila	
Ρ		Licius	H
Α		Amazonius	R
		Imber	I
Ι	ΚΑΡΟΥΡΑΧΧΘΑ		K
Ρ	ΒΡΑΧΧΘΑΘ		C
Α	ΗΘΑΕΙΘΟΥΜΑ		O
Κ	ΝΕCΦΟΜΗΙ ΜΕΛΑ		N
	ΗΙΕΟΥΗΕΜΗ		V
	ΕCΤΑΒΑΗΙ		Θ
	(E)xcito [te]		N
	demon qui (h)ic conver-		—
	sans · trado tibi (h)os		
	equos · ut deteneas		
	illos · et · inplicentur		
	n]ec se movere possint.		

Vs. 12 Eugenes, vs. 28 conversa⟨n⟩s = conversaris Mommsen.

CIL. VIII suppl. n. 12505.

A

Te rogo, qui infer-
nales partes tenes, com-
mendo tibi Iulia(m) Faustil-
la(m) Marii filia(m), ut eam cele-
rius abducas et ibi in num-
erum tu (h)a[b]ias.

B

Te rogo qui infernal-
es partes tenes, commen-
do tibi Iulia(m) Faustilla(m)
ut eam celerius abduca-
s infernales partibus
in numeru(m) tu (h)abias.

A vs. 6 abias = habeas. — *B* vs. 5 infernales *sive* infernalis.

CIL. VIII suppl. n. 12506.

Glo]rios[us] C[. . . . . B]o[ru-
stenes Ianuariu[s] Vit-
a]lis Romanus ⟨Roman-
us⟩ Adau[c]tus Primitiv-
os Eforianus (?) U[r]ba[nus
. . . .

Adpictum est galli caput ut ad Cnidiam tabellam XVI; e CIL. VIII suppl. n. 12511, 15 Delattre hanc quoque agitatorum devotionem esse collegit, id quod etiam magis nominibus propriis, quae equorum videntur esse, demonstratur.

CIL. VIII suppl. n. 12507.

ΑΠΗΙΗΝΙΑΡΑ C B Φ K amo(re) ve(l) ε
A uratur Є C desideri(o) P
P Suc(c)es(s)a A Ͼ Suc(c)es(s)i A
A aduratur Σ I † T V T T Φ B

Vs. 1 ʽApeieni ἀρά̓ legit M. Bréal *Collections du Musée Alaoui* I p. 63.

CIL. VIII suppl. n. 19523. Tabula plumbea reperta in sepulcro prope Constantinam.

A in antica parte daemon, qui invocatur, incisus est haedi pedibus hirsutis instructus ac laqueis duobus et unco armatus. Adscriptum est:

1. supra:
. . auiuli . . tei gutur babo ooVVos

2. a manu sinistra:
. . o | . . [a]tur

3. infra:

desumatur
ut facia(s) il(l)um sine
sensum sine memo-
ria sine (spi)ritu sine
medul(l)a
sit vi mutuscus.

B in parte postica:

. . . . ento, demando tibi, ut a(c)ceptu(m) (h)abeas
S]ilvanu(m)q(ue) puulva(m) fac[i]a(s) et custodias
. . . . ento [de-
mando ut fa-
cia(s) [i]l(l)um mo-
rtu[u](m)
depona(s)
eum at
Tartara.

Recueil des Notices et Mémoires de la Société archéologique de Constantine, vol. XXVIII (1893). *Inscriptions de Carthage par le père A. L. Delattre* n. XXV. Lammina plumbea reperta Carthagine in Romanarum aedium ruinis prope Serapeum.

Scribonia Philomusus Criso
Alypus Lerastus Philargurus
Avner Felix Liberalis
amici amicae c[o]nati ad
. . . . enes quicumque cona-
verit dicerit fecerit
aut facere voluerit
colliberti aut colliberta[e.

Vs. 3 Avner = Abner.

N. XXXV eiusdem collectionis non devotio, sed amuletum videtur esse (exhibet inter verba latina graeca quoque latinis litteris scripta: *ton logon*).

Collections du Musée Alaoui I (1890) p. 57 sqq. Tabella plumbea reperta Hadrumeti in sepulcro, saeculo secundo p. Chr. n. exarata.

Αδ[ιουρο] . . . . περ μαγνουμ δεουμ ετ
περ ανθεροτας ετ περ εουμ κουι αβετ
αρχεπτορεμ σουπρα χαπουθ ετ περ σε
πτεμ σθελλας ου.θ εξ κουα ορα
οχ κομποσουερο νον δορμιατ Σεξ
τιλλιος Διονισιε φιλιους ουραθουρ
φουρενς νον δορμιατ νεκουε σεδεατ
νεκουε λοκουατουρ σεδ ιν μεντεμ αβ
ιατ με Σεπθιμαμ Αμενε φιλια ουρα
θουρ φουρενς αμορε ετ δεσιδεριο
μεο ανιμα ετ χορ ουραθουρ Σεξτι
λι Διονισιε φιλιους αμορε ετ δεσιδε
ριο μεο Σεπθιμες Αμενε φιλιε του αου
τεμ Αβαρ Βαρβαριε Ελοεε Σαβαοθ
Παχνουφυ Πυθιπεμι φαχ Σεξτι
λιουμ Διονισιε φιλιουμ νε σομνου
μ χονθινγαθ σεδ αμορε ετ δεσιδε
ριο μεο ουραθουρ ουιιους σιπιριτους
ετ χορ χομβουρατουρ ομνια μεμ
βρα θοθιους χορποριε Σεξθιλι Διονι
σιε φιλιους σι μινους δεσχενδο ιν α
δυτους Οσυρις ετ δισσολουαμ θεν
θαπεεν ετ μιτταμ ουθ (α φουλ *del.*)
α φλουμινε φερατουρ
εγω ενιμ σουμ μαγνους
δεχανους δει μαγνι δει
ΑΧΡΑΜΜΑΧΑΛΑΛΑ . .

Ad[iuro] . . . . per magnum Deum et
per Anterotas et per eum qui habet
accipitrem supra caput et per se-
ptem stellas ut ex qua hora
hoc composuero, non dormiat Sex-
tilius Dionysiae filius: uratur
furens, non dormiat neque sedeat
neque loquatur sed in mentem hab-
eat me Septimam Amoenae filia; ura-
tur furens amore et desiderio
meo, anima et cor uratur Sexti-
li Dionysiae filius, amore et deside-
rio meo Septimes Amoenae filiae. Tu au-
tem Abar Barbarie Eloee Sabaoth
Pachnouphy Pythipemi, fac Sexti-
lium Dionysiae filium ne somnu-
m contingat, sed amore et deside-
rio meo uratur, huius spiritus
et cor comburatur, omnia mem-
bra totius corporis Sextili Diony-
siae filius. Si minus, descendo in a-
dytous Osyris et dissolvam τὴν
ταφήν et mittam ut (a ful *del.*)
a flumine feratur.
Ego enim sum magnus
decanus magni Dei
Achrammachalala . .

Nonnulla in imagine photographica aliter vidi atque Bréal editor, qui habet vs. 17 χοντιγαθ, vs. 19 χομβουραθουρ, neque post extremas ultimi versus litteras duarum evanidarum vestigia agnoscit.

CIL. IX, 3748. Hübner Exempla scripturae epigraphicae latinae n. 946. Lammina plumbea reperta apud Marsos Marruvii, nunc in Museo Berolinensi.

Sextus Pompeiius
Leonida · L. Paqued-
ius Philo · Septimius
Felix Marcius Cela-
dus Herenius Labi-
canus Marinus C.
Gavius Secu[n]du[s.

CIL. IX, 5575. Lammina plumbea litteris inversis scripta, reperta Septempedae (*San Severino*). Eandem notat Hübner Exempla scripturae epigraphicae latinae p. XLV hisce verbis: »Eiusdem generis est tabella plumbea litteris sinistrorsum procedentibus scripta in Etruria reperta, Lanzi *Saggio di lingua etrusca* II, tab. XVI«.

Antestia
Sabina et Vi-
bia Politice Cl-
ymene CAM
BOCAPIAM
A Felicissi-
ma Oppia
Silvina
dicato . . ?

CIL. X, 511 (Buecheler Carmina latina epigraphica I, 205). Plumbea lammina reperta in sepulcro agri Salernitani, inscripta litteris aevi Antoninorum.

Locus capillo|ribus | expect|at cap|ut su|um.

ribus = rivus.

CIL. X, 3824. Lammina plumbea reperta S. Mariae de Capua in sepulcro, nunc Berolini in Museo.

Cn. Numidium
Astragalum
il(l)ius? vita(m) valetudin(em)
quaistum ipsu(m) q(ue)
uti tabescat morbu[s
. . . C. Sextiu(s) Tabsi?
ma(n)do rogo.

CIL. X, 8214. Lammina plumbea reperta Cumis in necropoli.

Barcathes Dasi M. l.
M. Dassius M. Allius (?)
Cerdo salvi nisei ista(m?)
re(m?) qua(m?) ages (= agens?) qum q. Cava
lit(t)eras perlegerit C. Vitrasi.

Interpretatio incerta.

CIL. X, 8249. Lammina plumbea reperta anno 1879 complicata et clavo transfixa in sepulcro prope Minturnas, ubi cranio defuncti erat supposita. Stornaiuolo *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 188 narrat, una cum hac tabella inventam esse *una statuetta di marmo, alta 11 cm. e larga 4 cm., abbastanza bene scolpita che raffigura una donna con capelli bene intrecciati*, quam imaginem Tyches esse suspicatur, in quam dirae nostrae diriguntur: quae coniectura veri ne similis quidem est, tales enim imagines nec marmoreae neque artificiosae erant, sed rudes et cereae aut laneae.

Dii i(n)feri · vobis · com(m)e(n)do · si quic(q)ua(m) sa-
ctitates h(a)betes ac tadro Ticene
Carisi · quodqu(o)d agat · quod i(n)cida(n)t
omnia in adversa · dii i(n)feri vobis
com(m)e(n)do il(l)ius mem(b)ra colore(m)
figura(m) caput · capilla · umbra(m) cereb-
ru(m) fru(n)te(m) supe[rcili]a os nasu(m)
me(n)tu(m) bucas la[bra ve]rba (h)alitu(m)
col(l)u(m) · iocur umeros cor · pulmones
i(n)testinas ve(n)tre(m) brac(h)ia digit-
os manus u(m)b(i)licu(m) · visica femena
genua crura talos planta[s
tigidos.
dii i(n)feri · si illa(m) videro tabesce(n)te(m)
vobis sacrificiu(m) lubens ob an(n)u-
versariu(m) facere dibus par-
entibus il(l)ius voveo . . . .
peculiu(m) ta[be]scas.

Vs. 1. 2 sanctitatis habetis ac trado Tychenem (= Tychen); vs. 13 digitos.

CIL. XI, 1823. Wordsworth *Fragments and specimens of early Latin* p. 230. Tabella plumbea Arretii reperta ibique in Museo servata.

A

Q. Letinium
Lupum qui et
vocatur Cau-
cadio qui
est fi[lius] Sal-
lusti[es Vene-
ries sive Ven[e-
rioses, hunc ego aput vos-
trum

B

numen de-
mando devo-
veo desacri-
fico, uti vos A-
quae ferventes
si[ve vo]s Nimfas
si]ve quo alio no-
mine voltis adpe-
l[l]ari ut vos eu-
m interemates
interficiates
intra ann-
um ITVSM

B vs. 13 Wordsworth ITVSM legit I(d)us M(artias) sive M(aias).

De Rossi *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 6. Lammina plumbea reperta anno 1842 ad viam Appiam in urna cineraria columbarii cuiusdam una cum multis aliis graeca lingua confectis, gnostica quae vocamus signa exhibentibus et formulas.

	. . . or	filius [tra]do ab hac (h)ora ab hoc die ab hac nocte
	. . . re	qui
figura hominis ορι		i . . . . mti . . . . ae
α] α α α α α α		tene contere confr(in)ge et . . . . . trade
ε ε ε ε ε ε ε		morti fili[u]m Aselles Praeseticium Pristin(a)rium
η η η η η η η		qui manet in regione nona ubi videtur arte sua
ι ι ι ι ι ι ι		facere et trade Plutoni praeposito mortuorum
ο ο ο ο ο ο ο		et si forte te contempserit patiatur febris
υ υ υ υ υ υ υ		
ω ω ω ω ω ω ω		

ουσιρωμευι
ουσιριαγι
ουσιρινασιρι
ουσιρινεμοφρι
ευδαμον κατεχε

frigus tortionis palloris sudores obbripi-
lationis meridianas interdianas seru-
tinas nocturnas ab hac hora ab hoc die ab hac —
et perturba eum ne reprae(h)ensionem (h)abeat
et s[i] forte occansio[n]e(m) inuenerit praefocato eum
Praestetium fil[ium Asell]es in termas [in] valneas in quocumque loco
cupede frange Pr[aeseticio fi]lio Aselles et [si] forte te seducat per aliqua
Victor Asella Filius Prae[se] . . . . et rideat de te et exsultetur tibi
mater tici[us] vince peroccide filium mares Praesete-
protome protome protome Pris[tina-] c]ium Pristina[riu]m filium [A]selles
. . . ene r[ius] qui manet in regione [nona] . . . . cede
. . . re tacs tacs.
. . . iecs

Vs. 20 tacs tacs = ταχέως ταχέως?

Bull. dell' Inst. 1879 p. 171. *Tavoletta di piombo del museo di Perugia.*

A

Felix · P-
etron ·
. . .

B

Cam[a-
rinus
. N

Hunc titulum sepulcralem fuisse non negaverim.

Weckerling *Die römische Abtheilung des Paulus-Museums der Stadt Worms* pars II p. 65 sqq. Tabellae plumbeae prope *Kreuznach* repertae anno 1885.

Weckerling n. I.

A

Inimicorum | nomina ad | inferos.

B

Inimicorum nomina:
Optatus Silonis ad infe-
ros] . . . .
. . . ius Nesso?
Atticinus Ammonis
Latinus Valeri(i)
Adiutor Iuli(i)
Tertius [D]omiti(i)
Mansuetus Senotaeuni (?)
Montanus materiarius
Animius Victor
Quartio Severi
Sint(o) Valentis
Lutumarus lanius
Similis Crescentis
Lucanus Silonis
Communis Mercatoris
Tul(?)lius offector
Nime(?)ius Silvanus
Co[s]sus Matui[n?]i.

Weckerling n. II.

Vale(n)tis Sinto sive ali(i?) inimici S . . . . .
Valentinus Sinto inim(i)cus sic comdi . . u . m . um
sub . . det sic Sintonem et Martialem Sinṭọṇis
et Adiutorium Sintonis et quisquis contra
Rubrium i . . . . t meqụ . . . onem
si quis contraven . . . Sintonem et Adiuto-
rium eius Sintonis defero ad infero(s)
sic nusquam contra nos . . . . ius si . uṣton-
nis cum loquantur iniṃ . i . . . . umụs
non parentem ṭanquaṃ . . . ris.

Weckerling n. III.

A Fructus

B Gracilis

Weckerling n. IV.

A

Fructus Gra|cilis et Aur(elius) Um|mitorvus.

B non legit Weckerling.

Weckerling n. V.

A

Data nomina
ad inferos nu
. . . .

B

Dis manibus hos v(oveo?)
. . . .
et si quis alius . . . .

In sexta quadam tabula desperavit Weckerling.

Josef Klein *Drei römische Bleitäfelchen* (*Festschrift zum 50jährigen Jubiläum des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*), *Bonn* 1891, p. 129 sqq. (tab. VI). Tabellae plumbeae saeculo secundo p. Chr. n. scriptae, inventae anno 1886 prope *Kreuznach*.

Klein n. I.

A

Nomina
data [manda-
ta l[igata
ad inferos
: ad illos per vim
c]onr[u]ant

B

Silonia
Surum Caenu[m
Secundum
: ille te
s]ponsus pro-
ca[t], eum amo (ama?)

Klein n. II.

Inimici et inimici (-cae?)
Caranita[n]i Abilius Iu(v)enis
Sabinus ap(p)aritor Arria Dardisa(?) Optatus
Silonis Privatu[s Se]veri Cossus Maesi
Marcus Aerari[us] Atta Marci uxsor
Camula uxso[r] Gamatti Ambiti Val[erius
Ciri Atticinus [Amm]onis Terentius Atti-
so Iulia(?) Attisonis Narcis(s)us Caliphon[t]is
Cali[pu]nti? . . Pudentis et Pude(n)s
. . . . . ssia? . . . . us Albus (?) Vicinus
. . . . nsi . . . .

In margine dextro:

Sic te morbo a(d)dicant dii m[anes.

In margine sinistro:

. . . dii inferi . . . . . sunt.

Klein n. III. Lammina opisthographa valde mutila.

S]everinus Anti . . . . | . . . . nomin . | . . nser aut sic mihi . nans e(x)ponit.

C. Meurer *Aus der rheinischen Epigraphik des Jahres 1893* (*Rhein. Jahrb.* 1893 p. 188; *Westd. Correspondenzblatt* 1893 Oct. n. 105).

Vas fictile hanc exhibet inscriptionem:

Artus fututor Art . . ligo Dercomogni fututor.

Buecheler:

Art[us] ligo Dercomogni (filium). Artus fututor (est).

CIL. XII, 5367. »*Huit lamettes de plomb roulées trouvées — dans la fontaine chaude d'Amélie les Bains* (*dans les Pyrénées Orientales*) *— en juin 1845 par le colonel A. Puiggari — il en avait envoyé un facsimile très exact à Mr. de Bonnefoy, et il en avait gardé lui-même un autre.*«

Disparuerunt tabulae, nil restat nisi Puiggarii apographum. Abstinendum esse his tabulis fictis aut certe pessime descriptis recte monuit Hirschfeld.

Atque primum quidem harum tabellarum habitum, ut ita dicam, exteriorem consideremus: sunt eae quoque plumbeae, excepta tabula Emeritana, quae marmorea, et lammina Britannica, quae stannea est: quarum utraque non ut in terra conderetur, sed ut luci exposita furta denuntiaret, conscripta erat, quare auctorem non uti hic materia plumbea haud ita graviter feremus. Neque desunt clavi, quorum in locum succedit semel filum ferreum (CIL. I, 820), et ipsum vinciendi symbolum. Pleraeque in sepulcris repertae sunt, ut deos accirent inferos, nonnullae autem in aqua, id quod apud Atticos quoque interdum factum esse supra p. IV monuimus. Illustrissimum huius usus exemplum est CIL. X, 511: ‘Locus capillo ribus expectat caput suum’, cuius formulae consilium ita fere explicatur: hominis capillum rivo mandatum mersumque sequatur oportet caput. — ‘Aquae ferventes sive vos Nimfas . . voltis adpellari’ invocantur CIL. X, 1823, quam tabellam in aqua delituisse ob hanc imprecationem pro certo habebimus. De mortifera autem Nympharum vi unum addidisse exemplum sufficiet, Kaibel Epigr. 571 (Romae repertum):

Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο.

Ultimum exemplum proferatur n. 947 apud Huebnerum ‘sic liquat com aqua’, quod item fonti mandatum fuisse putabimus.

In universum ipsa tabellarum scriptura usum cotidianum sequitur, bis tamen (Hübner 947, CIL. IX, 5575) audimus litteras sinistrorsum procedere, quod apud Atticos totiens vidimus. Miro autem artificio scripta est tabella illa Hadrumeti reperta, latinis quidem verbis, graecis vero litteris: cumque graeca lammina ibidem reperta, quam supra edidimus, primum versum exhibeat latinis litteris scriptum, hunc usum a magis repertum esse patet, ut species magica dirarum augeretur.

Quantum iam ad ipsum verborum contextum attinet, hunc simplicissimum esse statim videbimus. Multae sunt solorum nominum series (additur autem plerumque vox *nomen* ut Graecorum ὄνομα) nonnumquam devovendi verba adduntur (do mando commendo demando devoveo desacrifico defero ligo) neque formularum maior existit copia: CIL. I, 818 optatur *nec loqui nec sermonare possit* (devoventur ἔπη) *odio sit* (ἐχθρὰ γένοιτο), X, 8249 *incidant omnia in adversa* (πάντα ἐναντία γένοιτο); una amplior extat membrorum enumeratio in tabella illa CIL. X, 8249, in qua monere liceat, umbram non ut σκιάν, sed ut τρίχας accipiendam esse, collatis Petronio (c. 109 tempora umbra nudata) Claudiano (nupt. Pall. 42 lanuginis umbra) Statio (Theb. IV, 336 venit umbra genis).

Deorum quoque, qui advocantur, numerus magnus non est: invocantur enim, ubi Latinorum veterum occurrit religio, soli inferi aut manes [1]), Dis pater, is qui infernales partes tenet, aut Pluto praepositus mortuorum. Sed praeter hos aliarum quoque gentium obviam fiunt numina: deam Ataecinam Turibrigensem Proserpinae adsimilatam fuisse ipsa tabula Emeritana nobis tradidit, eamque eodem munere functam esse apparet quo Cnidiorum Proserpinam, quippe quae furem cogeret, ut ipse se denuntiaret. Idem officium gerebat Britannorum divus Nodens, quem eam ob rem inferorum deum fuisse statuere poterimus.

Neque vero magicorum artes Aegyptiorumque religiones et Iudaeorum Latinis diris pepercerunt. Ephesia nobis occurrunt grammata in agitatorum devotione Carthaginiensi et in parva illa tabella amatoria ibidem reperta; gallus adpictus est, ut in tabella Cypria XVI (cf. CIL. VIII suppl. n. 12511, 15) ad titulum CIL. VIII suppl. n. 12506, de qua re supra p. XIX cum graecas tractarem diras, dixi. Praeterea CIL. VIII suppl. n. 19523 Ephesias addidit litteras, inter quas Baubo agnoscitur, Cereris satelles, quae dominam suam ne in Orco quidem deseruit, ita ut credi posset ab Orphicis Βαβώ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινή, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν (Abel Fragm. Orph. 216) [2]). Ipsius vero syncretismi, quoad in Latinorum tabellis occurrit, exemplum est tabella Hadrumetana, cuius maximas partes Osiris agit: vs. 21 sqq. magus se ex artificum illorum more eundem esse dicit atque eum, cuius nomine artem suam agit: *descendo in adytous Osiris et dissolvam* τὴν ταφήν *et mittam, ut a flumine feratur,* i. e. e sepulcro Osiridis arcam illius eripiet et in Nilum coniiciet, idem quod olim Typho fecerat. Ut autem videas, quam varia elementa sint, e quibus invocationes suas composuerint magi nostri, ea verba addam, quibus Maspero explicat [3]) quaecumque explicanda restant ex hoc titulo: *Le dieu grand est Osiris, dont l'épithète perpétuelle est ‘le dieu grand, seigneur de Mendes.’ ‘Celui qui a un épervier sur la tête’ est, soit Horus, soit Osiris dans l'Occident, dieu des morts, qui a parfois, aux temps gréco-romains, l'épervier sur la tête. En revanche, les Antéros, les dieux des amours contrariées* [4]), *sont d'origine grecque, comme l'Éros des conjurations publiées par Leemans. Les sept Étoiles appartiennent à la magie chaldéenne.* Quod idem *magnum decanum* vs. 26 refert ad numina Osiridis arcam custodientia, ego assentiri non audeo: hoc enim fortasse ex astrologia petitum est (Wessely Eph. gr. n. 86). Est autem haec tabella Hadrumetana mere amatoria ‘non dormiat Sextilius Dionysiae filius, uratur furens, non dormiat neque sedeat neque loquatur . . . ne somnum contingat’: horum similia in altera illa tabella eodem loco reperta et in papyro Parisina, cuius verba supra adtulimus (μὴ ὕπνου τυχεῖν κτλ.) leguntur. Semel etiam invocatur daemon *qui hic conversas*, in tabella ab agitatore scripta, ubi reminiscimur illorum δαιμόνων οἱ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἔστε lamminae Alexandrinae: est anima hominis illic sepulti, quam sequiorum temporum Graeci precantibus subvenire posse putabant. Separemus autem hanc animam hominis mortui ab ipsius cadavere, quod pro nihilo habebant; expressis enim verbis dicitur CIL. I, 818: ‘quomodo mortuos, qui istic sepultus est, nec loqui nec sermonare potest’ . . . ‘nec ad deos nec ad homines acceptus est’ eqs.: comparatur hoc loco is qui devovetur cum mortuo, non cum metallo inferis sacro, ut apud Atticos. Neque vero recte de Rossi contendit, cum tabellam illam ederet gnosticam, litteras . . . . *or* in margine sinistro quae leguntur, ita supplendas esse, ut Victor evaderet, quem Victorem illic sepultum adiri precibus. Ego [Vict]or hic legendum esse haud nego, sed hominem vivum puto, qui una cum reliquis devovetur: hominis enim mortui animam inter daemonum numerum translatum mortali nomine adpellare fas non erat. Nam ubicumque hae animae invocantur, legimus νεκυδαίμων ἄωρε ὅστις ποτ' οὖν εἶ vel simile quid. Ceterum hanc tabellam gnosticam esse proditur litterarum vocalium compositione, quam Gnosticis imprimis placuisse diximus; in reliquis Osiris cum nonnullis cognominibus iunctus latere videtur: in duobus prioribus Osirim Mneuim et Osirim Apim (Plut. de Is. et Os. c. 33 p. 364 *C*: ὁ δ' ἐν Ἡλίου πόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν (Ὀσίριδος δ' ἱερόν· ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιδος πατέρα νομίζουσι) cognosco. Μνεῦις occurrit pap. Par. CXXI, 453. 2994. Similia Osiridis nomina habet Wessely Eph. gr. 289: ουσιρι πνιαμ

[1]) Cf. Roscheri lexicon s. v. Manes.

[2]) Baubo invocatur pap. Anast. 439, Par. 1201, CXXI p. 747, cf. Dieterich Abraxas p. 148, 3; in titulis etiam Βαβώ est, Nekyia 87, 3.

[3]) *Collections du Musée Alaoui* I p. 65.

[4]) Plato Phaedrus 255 *D*; Pausan. I, 30, 1. VI, 23, 3. Roscher s. v. Eros p. 1343.

ουσιρι φρη ουσιρι ωρι κτλ. *Διαβολήν* Osiridis tabellae nostrae inesse demonstrant verba: ʻsi forte te contempserit, si forte te seducat et rideat de te et insultetur tibiʼ.

Si iam pauca de ipsis dirarum formulis addere volumus, quibus deos imprecantur, id ab omnibus agi videmus, ut inimicus in inferorum potestatem deveniat et igni interno consumatur, dum mors eum abducat. Huius generis voces sunt: ʻconsumas, perdes, noli sanitatem permittere, liquat com aqua, celerius abducas et in inferorum numerum tu habeas, facias illum sine sensum eqs., acceptum habeas, custodias, facias illum mortuum, deponas eum at Tartara; uratur aduratur desumatur tabescatʼ. Equorum cursum qui devovet, ex ipsa re optat, ut daemon ʻillos deteneat, et inplicentur nec se movere possintʼ. Novum est, quod inferis praescribitur terminus, intra quem inimicum consumant: intra annum XI, 1823, quod idem velle videtur atque anniversarium X, 8249, 15 commemoratum; sacrificium quod eodem loco dibus parentibus promittitur (revoces tibi *πατέρας πατέρων* tabellarum Cypriarum) respondet *εὐαγγελίοις* quae promittuntur in titulo Attico n. 109. Studium vero illud religiosum, quod apud Graecos saepius animadvertimus, ut omnia quam diligentissime enumerentur, ne quid omittatur eoque eximatur ab effectu magico, ne a Romanorum quidem religione alienum fuit: huc enim trahenda est membrorum enumeratio tabellae Minturnensis, et formulae illae I, 820 ʻnomen delatum Naeviae L. l. Secundae seive ea alio nomine estʼ et XI, 1823: ʻvos Aquae ferventes sive vos Nimfas sive quo alio nomine voltis adpellariʼ.

